

Del Colegio de la Compañia de Jesus de Granada

PL-5195 Fel. I. B



RESPONSVM IN CAVSA SYNDICATVS

AVTHORE IOHANNE GALLEGO
Artium, & V. I. D. & Sacrae Theologiae L. Regiae Audientiae
in Senatu Cathalonie primario Senatore
del Colegio de la Compañia de Jesus de Granada.
P A R S I.

**CAP. I. IN QVO AGITVR QVOMODO,
& qualiter in Syndicatu se habere debeat, quas probationes
& querelas admittere, quas repellere teneatur index,
signanter in Consiliarijs Regijs.**

S V M M A R I V M.

- 1 **G**ENERALIA sunt
praeognoscenda. n. 1.
Materia capituli di-
uiditur. eod.
- 2 Querela non iustifica-
ta non audiunt. n. 2.
- 3 Accusatore non probante reus venit
perpetuo absolvens. num. 3.
- 4 Accusator siue querelans temere da-
mna restituit & expensas, & ut calu-
mniator puniatur non obstat consue-
tudo. num. 4.
- 5 Nihil nihil producit, & non emittit nulla
qualitates. num. 5.
- 6 Querela non sunt inanes, nec frivola,
aut leues proponende contra Officia-
les maiores, sed quae dolunt fraudem,
aut baratariam continent. num. 6. &
num. 8.
- 7 Ratio congruentia postulat, ut tales sint
querela, ut non inclinent in vanas vo-
ces, nec fluctas iudicium concernant
num. 7.
- 8 Syndicus saltem Officialium praemi-
nentiam



cuong



RESPONSVM IN CAVSA SYNDICATVS

A V T H O R E I O H A N N E G A L L E G O
Artium, & V. I. D. & Sacrae Theologiae L. Regiae Audientiae

in Senatu Cathalonie primario Senatore
del Colegio de la Compañia de Jesus de Granada.

P A R S I.


m

CAP. I. IN QVO AGITVR QVOMODO,

et qualiter in Syndicatu se habere debeat, quas probationes et querelas admittere, quas repellere teneatur index, et signanter in Consiliarijs Regijs.

S V M M A R I V M.

- | | |
|--|--|
| <p>1 GENERALIA sunt
precognoscenda. n. 1.
Materia capituli di-
uiditur. eod.</p> <p>2 Querela non iustificata non auēdiur. n. 2.</p> <p>3 Accusatore non probante reus venit perpetuo absoluendus. num. 3.</p> <p>4 Accusator siue querelans temere damnata restituit & expensas, et ut calumniator punitur non obstāte consuetudine. num. 4.</p> <p>Calumniā praesumitur, cum querelans nō</p> | <p>probat. eod.</p> <p>5 Nihil nihil producit, & non emittit nulla qualitates. nu. 5.</p> <p>6 Querela non sunt inanes, nec finiola, aut leues proponendae contra Officiales maiores, sed quae dolum, fraudem, aut barataiam continent. num. 6. & num. 8.</p> <p>7 Ratio congruentia postulat, ut tales sint querelae, ut non inclinent in vanas voces, nec fistucas iudicium concernant. num. 7.</p> <p>8 Syndicatus saltem Officialium praeminentium</p> |
|--|--|



- ventium nō sit cōsuetudine autēta, nisi ad sit dolo, fraude, seu barateria. n. 8.
- 9 Officialis iudex non querelatur ex iniqua sententia per imperitiam lata, nec de contrasactione legis, ubi putat sic, vel sic esse intelligendam. n. 9.
- 10 Prudentie, & erroribus veniam præbent leges, scrupulosasq. inquisitiones non curant, nec de frivolis, sed tantū de calumniis. n. 10.
- 11 Apices iuris non attenduntur in iudicio syndicatorum, nec subalternis datur locus, ne vilescant officia. n. 11.
- 12 Consiliarij non sunt minimis querelis occupandi. Nam cedit in multorum & causarum detrimentum: quia occupantur in sui defensione. n. 12.
- Consiliarij sunt tamquam scopus, ad sagittas calumniarum. eod.
- 13 Consiliarij Regij implentes officium, ut debent, multos quarunt inimicos, ex sapientissimi Regis Alfonsi lege. n. 13.
- Officiales præminentes in Regno Aragonie, & in Regno Francia nō discutuntur, nisi pro magnis defectibus, & notabilibus negligentis, de dolo, fraude, & corruptione. eod. n.
- 14 Legem querere, ubi adest ratio naturalis, carentia est intellectus, cum ratio ipsa sit lex. n. 14.
- Ratio naturalis superat omnia, & non superatur ab aliquo, que præmaxime preponderat inter indices superiores. n. eod.
- 15 Lex regni extranei est allegabilis, vel ad corroborandum propriam, vel quando ipso deficit. n. 15.
- 16 Visitatio, qua sit de ordine Principis, cur sit introducta, & ad quem finem. n. 16.

Visitator regium, cui assimilatur, and equitur. n. eod.

17 Anima, aut lenia nō sunt attendenda in syndicatorum, ne cōsiliarij regij maximas iacturas, seu atroxiones minimis de rebus patiantur. n. 17.

Visitator regium multum debet attendere ad inclinationem naturalem nationis, & gentium, ubi visitam, & censuram facit, pro quo deseruiunt elegantissima Cic. verba. n. eod.

18 Visitatio postulat, ut attendatur ad qualitatem personarum, que visitantur, & quantum sit qualitas consiliariorum regiorum. num. 18.

Consiliarios regios pati aliquando in visis expediri, ut discat miseris succurrere. n. eod.

Plutar. ubi dictum celebre ad bene imperandum. n. eod.

19 Præsumendum est pro Senatoribus Regij, maxime istius Senatus Cathalonie. n. 19. confirmatur. n. 23.

20 Principem arguere de mala consiliarium electione esse ad instar sacrilegij, & de intellectu l. 2. C. de crimin. sacrileg. n. 20.

21 Princeps scit bene quales Consiliarios debet eligere, nullaq. aliter habet reat^o excusationē, si indignos eligit. n. 21.

Eligendi sunt digni ad consilia, & digniores in interiori foro. eod.

22 Electio à Principe debet fieri ex melioribus ad sua cōsilia, cum sibi & recipub. omnino expediat. n. 22.

Fortuna sicut opes, sic nec officialium electio debet commendari. eod.

Aristotelis magnum dictum circa eligendos officiales. n. eod.

Dell.

- 23 Delictum, vel malum non est præsumendum, maxime in officialibus præminentiibus, & iudice. n. 23.
- 24 Iudicem male iudicantē potius est credendum per errorem iudicasse, quā per dolum. nu. 24. ubi ampliatur, etiam si unus testis extaret contra iudicem.
- 25 Iudex dicitur iustitia animata, plurimumq. de eo præsumit, & confidit lex, & quanto maior est index, tanto magis. num. 25.
- 26 Electio auctoris huius Responsi, quando, & quo ordine ad officia publica fuerit electus, & a quo tempore. num. 26.
- 27 Laborantibus premia, ut iusta virtutis merces, debentur, & quanto antiquior labor, tanto plus remuneratio debetur nobilior, atq. gratior. n. 27.
- Honos alit artes, & hoc est, quod manducant laborantes. nu. eod.
- 28 Probatio aduersus Consiliarios Regios in syndicatorum debet esse concludens, & nō de contingenti. num. 28.
- 29 Probatio aduersus Consiliarios Regios debet esse luce meridiana clarior, etiam si fiscus agat. num. 29. ubi ampliatur. & num. 30.
- 30 Analogum omne per se sumptum debet in potentiori significato accipi. nu. 30.
- Honor equiparatur viua. nu. eod.
- 31 Probatio qualibet debet in suo genere esse perfecta, etiam in casibus priuilegiatis, & maxime ubi agitur de syndicatorum officialibus Regijs præminentiibus. nu. 31.
- 32 Multa imperfecta non coniunguntur in criminalibus, nec collecta inuuant
- 33 Querela, etsi multis cumulentur, imperfecte tamen, nullus sunt considerationis. num. 33.
- 34 Indicia indubitata, ex crebriori sententia, non admittuntur contra Regios Consiliarios, dum syndicantur. Nam de lenibus nulla est dubitatio. nu. 34.
- 35 Ratio ponitur. nu. 35.
- 36 Intellectus planus & verissimus auct. nouo iure C. de pœn. iud. nu. 35. & antea nu. 30. & nu. 36. & 37.
- Dictio, non, præcedens dictionem, potest, induci formam. nu. eod.
- Probatio, que requiritur pro forma, & per conditionem, si, debet esse perfecta omnino, & non fit per coniecturas. n. eod. declara. nu. 36.
- Bart. dictum, Quod quelibet informatio iudicis habeatur pro plena informatione in his, que sunt difficilis probationis, declaratur. nu. 36.
- 37 Bernardus Aduscattellus honeste obiurgatur, dum in aduertenter loquitur contra dispositum in d. auct. nouo iure. num. 37.
- 38 Indicia & præsumptiones violenta, non sunt admittenda, ubi deueniri potest ad primationem: ubi cura ampliatione dicitur. nu. 38.
- 39 Testes inimici non admittuntur contra officiales præminentes, quod cum ratione & ampliatione dicitur. nu. 39.
- 40 Testes nimis amanoſe deponentes, offerentes memorialia, instigatores, uimistrantes testes, aut instantes querelas, vel alij vitij irriti, omnino sunt expellendi a syndicatorum. num. 40.
- 41 Testes plures defectus patientes in syndicatorum nullā fidē merentur, nec ex numerosa

- 42 *Testes viles, & abiecti, non merentur fidem, idem de conspiratoribus, & odiofis. nu. 42.*
Amicos obsequium & veritas odium parit. nu. eod.
 43 *Excusatio testis, sicut accusatoris, facta in articulo mortis, maxime ab eo, qui per iracundiam deposuit, releuat omnino. nu. 43.*
 44 *Testes producti contra Regios Consilia, sicut alias producti in causa criminali, debent esse omni exceptione maiores. nu. 44.*
 45 *Testis non dicitur exceptione maior, cui potest obijci exceptio aliqua quantumvis frivola, nec tales creduntur, videlicet quod sint maiores exceptione, nisi articuletur & probetur. nu. 45.*
 46 *Testes in visis, sicut in criminalibus, debent deponere de dolo, & reddere rationem concludentem, etiam non interrogati. nu. 46.*
 47 *Testes deponentes de fama debent reddere rationem, etiam non interrogati, & dicere, a quibus audierint. nu. 47.*
 48 *Dolus habet pro causa, & fundamento commodum, & vilitatem, qua cessante cessat dolus. nu. 48.*
 49 *Testes numero maiores infallibiliter preferuntur in defensione, & de conuerso, etiam si sint equalis, vel minoris numeri. nu. 49.*
Maxime si testes defensionis sint nobiles. nu. eod.
 50 *Testes amici per defensionem sunt habiles. n. 50.*
 51 *Testes etiam negantes pro defensione*
- preferuntur affirmantibus pro fisco. n. 51.*
 52 *Testes producti a fisco deponentes pro reo, etiam si sint unici, & singulares concluduntur probant pro reo, nec impugnari possunt. n. 52. quod ubi ampliatum est ad criminalia, & alijs modis.*
 53 *Testes singulares in criminalibus contra reum, nec indicium faciunt, licet pro reo probent. d. num. 52. & num. 53.*
 54 *Testes multi singulares, etiam si semel probauionem facerent alias, non coniunguntur contra reum. nu. 54.*
 55 *Bona fama syndicanandi operatur, ut pro eo vrgentior sit presumptio, & rigide non tractetur. nu. 55.*
Fama bona non leditur paucis, & ipsis vilibus testibus, cum ipsa iam ex se sit mala. nu. eod.
 56 *Testibus deponentibus de bona fama plus creditur, quam deponentibus de mala, maxime ubi constat esse amulos, & inimicos. nu. 56.*
 57 *Famam testes impugnantes debent reddere rationem ex sensu corporeo dicendo, a quibus audierint, & non est satis dicere, publicam esse vocem, vel quod publice audierint. nu. 57.*
 58 *Fama bona testimonium tollit omnem delicti suspicionem, & mala fama dicitur fallax, & deterior testis omnium, qui inueniri possunt. nu. 58.*
Fama bona aequatur vita ex diuo Paulo, & dicitur thesaurus inestimabilis, & habet suauitatem odoris, velut lilium. nu. eod.
 59 *Fama bona hoc habet speciale in syndicanorum fauorem, ut probata in genere preferatur male, quamuis in specie probata. nu. 59.*

Cap. 1.

CAP. I.



PÆS.V.P.P.O.S.I.T.A.
 facti contingencia, his retentis, quæ ex processu resultat, de quibus seorsum, tam ver-

bo, quam scriptis, est facta allegatio, statui pro eneruanda procuratoris fisci intentione, vtq. iustitia & defensio mea lippis, & tonforibus innotescat, breui laconismo ius, quod ex facto oritur. l. si ex plagis ff. ad l. Aquil. Spec. tit. de aduoc. P. 6. versic. cum autem & seq. & tit. de disput. & allegat. P. 1. versic. hoc autem in vulgus edere. Non tamen erit tanta breuitas, & ita sermo concisus, vt obscurus fiam, iuxta illud Horatii de Arte poetica.

*Dum breuis esse laboro
 obscurus fir.*

Late Neuisan. in sylu. nup. in proem. num. 20.

Et insequendo Philosophi regulam, libi. 2. de res. resolut. c. 4. & libi. 8. Topic. c. 8. quam libenter recipit Iustinian. in §. his igitur. instit. de iustit. & iur. Bar. & reliqui in l. 1. D. de reb. credi. & Petr. Ricciar. in Rubri. instit. de bono posses. nu. 23. & in Rubri. de legat. num. 132. & in Rubri. de vsufr. num. 50. & in Rubri. de testamen. num. 18. nonnulla generaliter præfabor generali defensionis defensionem, vt specialis cuiusq. querelæ defensio, dum eò peruenerimus, magis, atq. magis reluceat. Et spero in Deo, tam colligam, & perspicuam

dare satisfactiõnem, non hercle ex Heracliti antris, aut Sibyllarum abditiõis, sed nitidis iuris vtriusq. fontibus erutam, & decerptam, vt quisq. mediõ in legali Philosophia versatus, (quãto magis Iurisprudentiæ choriphei) luce clarius meridiana ea percipere possit: facilius multo, quã si vellent (vt fertur) Sibyllarum folia cumulare, dum teste Virgilio, lib. 6. Æneid, turbata volant rapidis ludibria ventis. Discursus autem genericus hic tripartitus erit, principio agam de qualitatibus querelarum, quales sint, & quales ipsæ deberent esse: Successiue de qualitate, & laboribus defendentis, & quid hoc desideret, & postulet, tractabo: nouissimè de probationibus, quales deberent esse, & quales sint honori, & famæ propriæ consulendo vtilius, quo potero, scribam: boni & equi consulant indices equissimi.

Ad rem deueniens primo aduertito, prætenarum querelarum nullam habendam esse rationem: tum quia non sunt iustificata, pro vt iustificari debuerant, probationibus non quibuscunque, sed multum lucidis, vt post Gram. Consil. 35. in Concil. crimin. num. 17. de ista iustificatione agit Hierony. Giaccar. inter opera Iul. Clar. in suo cons. famosissimo de syndicato num. 113. quinimo nec in tantillo sunt probata, eo saltem genere probationis, de quo infra dicitur plene in tertia discursus parte. Et sic viget pro defendente, & in omnibus militat vulgata regula ac-

A 3 cula

cusatore non probante plene & legitime, reum esse absoluendum, & si nihil pro sua parte præstiterit, quanto magis ubi de innocentia, fama bona, & nomine irreprehensibili plenissimum, ac locupletissimum extat testimonium, ut in defensionibus constat. Regula prædicta probatur & scribitur in l. qui accusare. C. de eden. in c. 1. extra ut eccl. benefic. in c. 1. extra de accusat. in l. ei incumbit D. de probat. & in l. actor. C. illo titul. adeo, ut absolutoria debeat subsequi diffinitive & perpetuo, ut late scribit Rolan. a Valle. conf. 67. num. 1. 2. & 3. lib. 2. & hac ratione attempta non solum succumbere debent aduersarij, & temere vexantes defendentem ex l. eum, quem temere D. de iudic. & c. calumniam. extra de pœnis, & P. hæc autem. inst. de pœn. tem. litig. eos damnando pro perrinacia ad damna & expensas reficiendum ultra iniuriarum emendatâ, de quibus plene Did. Couar. in pract. quæst. c. 27. verum etiam tamquam calumniatores deberent reputari, & puniri. Calumniator enim dicitur sycophanta per Gordianum Imperat. in l. verbû præcib⁹ ubi glo. Bal. Alberic & alij. C. ex quib. caus. infam. irrog & tex. in P. porro verfi. aliquando, ubi Archid. 3. q. 7. & ibi assignant rationem quare ita dicatur, & ita inuentus est calumniator, qui nihil aliud est, quam falsa crimina scienter intendens c. si quem P. accusatorum 2. q. 3. & sic dicebat Aristophanes in Pluto. ut refert do-

mitius Brusonius de facetijs & exemplis lib. 1. c. 8. aduersus sycophantæ, id est, calumniatoris. morsum, non esse remedium: & Agesilaus maiori odio calumniantes, quam fures in se stabatur: & Demostenes in orat. 1. contra Aristog. dicebat, Neminem vnquam vestrum fortasse viperam mordit, neq; Phalangium, & absit, ut mordeat vnquam, sed tamen omnia huiusmodi animalia, ubi cõspexeritis, mox interficitis: eundem & cõdilatorem, & crudelem, & hominem videritis, viperinam habere naturam, ne expectate, donec aliquem vestrum mordeat, sed cum primum occurrerit, puniatur: & acriter puniendos esse censent nostri doctores, adeo ut eis non possit suffragari cõsuetudo, vel statutum disponens calumniatores non puniri: hæc omnia post Bal. in iuribus supra allegatis, & Crauet. cõsil. 137. num. 2. ubi dicit, quod statutum non valet, per quod datur materia delinquendi, ac alios multos scribit, & bene illustrat Hierony. Giac. car. d. conf. de syndica. num. 224 qui num. 222. & 223. recte probat, dolum & calumniam aduersantium statim præsumi, quod suas querelas non probat. Ac ideo debere succumbere resoluit num. 353. & 354. & 355. Ratio est quia actor non videretur excusatione dignus, si accusationem mouit, ante quam haberet probationes in promptu iuxta tradita per Paul. de Castr. in l. seruo inuito P. cum prætor. numer. 8. D. ad S. C. Trabel. Bal. in l. 1. nu. 7. C. de condic. inde eundem

eundem Castr. Consil. 257. in causa quæ vertitur Parmæ. numer. 2. vers. quinto vol. 2. Curt. Iun. conf. 18. col. 2. num. 2. Benedic. de Barhjs tract. de guarentigi. q. pen. in princ. Boer. decif. 307. col. 2. & quibus pœnis veniant puniendi calumniatores tam in ciuilibus, quam in criminalibus est bona glo. in proœ. instit. in prin. verbo per legitimos tramites. Tum etiam quia re vera dictæ querelæ, cum nec plene, nec semiplene sint probatæ, nec in tantillo iustificatæ, nihil sunt: ex nihilo autem oportet, quod nihil fiat, cum non entis, & non apparentis nullæ sint, ut vulgo circumferrur, qualitates l. nam & si vers. post defectum & l. si binæ in fi. D. de iniust. rupt. & l. 2. D. de usufruc. cum congestis communiter in leius qui in prouincia. D. de reb. cred. & traditis per Gomet. tom. 1. commu. c. 11. num. 43. & Achil. Pedroc. conf. 15. num. 17. & conf. 34. nu. 20.

Præterea casu negato, quod dictæ prætenſe querelæ aliquantisper essent probatæ, quod negatur, adhuc de illis non est curandum sua qualitate attempta, cum quid leue, & minimum contineant, & in eis non constet, dolum commissum, vel fraudem, corruptionem, seu barariatam, aut cõceptionem interuenisse: quãdo enim syndicanur officiales maiores, & Consiliarij Regij, seu Senatores, qualitas accusationis, seu syndicatus non qualiscumque debet esse, sed circa supradicta vitia debet

versari. Quod satis insinuauit Zenó Imper. August⁹ in l. vnic. C. ut omn. iud. tam ciuil. quam milit. ubi de syndicatu officialium ciuiliū agēs, tantummodo recenset furta, quasi innuere voluerit solum ea vitia obijci posse, quæ cõtinent dolum, corruptionem, & alia iam celata. Furtum enim ibi non sumitur proprio & stricto vocabulo, pro ut significat contractationē rei alienę inuito domino l. 1. P. furtum D. de furt. & P. 1. instit. de oblig. quæ ex delict. nascuntur: sed late & per allusionem, ut dicitur a furuo, id est, nigro, quia clā & obſcure fiat & plerunq. de nocte. Nam dicebat Horatius

Vt iugulent homines surgunt de nocte latrones.

Et sic omnis male agens odit lucem Ioan. c. 13. c. consuluit extra de offic. iudi. delegar. c. perniciosam 18. q. 2. & præsumitur cõtra occulte aliquid agentes c. 1. P. porro extra ut eccl. benefic. c. Anastasius dist. 19. & præsumitur cõtra legatum occulte relictum l. ita fidei D. de iur. fisc. & contra tutorem clam accipientem pecuniam pupillarem l. non existimo D. de administ. tutor. quam declarat Ioan. Corasius miscellanea. libro 6. cap. 14. numer. 5. electiones etiam clandestinæ reprobantur a iure canonico per textum in cap. quia propter in fine ubi Panor. Felin. & oēs doct. ibi extra de electio. & aduersus clandestina & occulta

mattimonia factum est decretum sacrosancti Concil. Trid. Sess. 24. in decret. de reform. matri, c. tametsi. tenebræ enim aptæ sunt ad fallum & malum faciendum l. 1. P. tria luminaria D. de vent. inspic. & sic iam inter leges 12. tabularum, vt dicit Cic. lib. 1. de legib. lex erat, Nocturna sacrificia ne furo, vt refert Tiraq de ll. conub. leg. 16. num. 43. vbi dicit etiam ab Imp. Constantino fuisse abolita vt in C. Theod. lib. 16. tit. 8. de paganis sacrificijs. late Polydorus Ripa in tracta. de his quæ fiunt nocturno tempore. contra hæc enim tantum modo vitia est pugnandum contra tales officiales, quando iuxta legem Euangelicam Luca c. 16. & nostram humanam in ea fundatam c. qualiter & quando 2. extra de accusat. c. cum æterni. de sent. & re iud. in 6. l. 1. C. vt omnes iud. tã ciuili, quã milit. l. 1. C. vbi Senat. vel clarif. l. 1. C. vbi de ratio. agi oport. l. 1. D. & C. ad b. Iul. repet. rex. in Auth. vt iud. sup. quo. sufr. dispungitur eorum villicationis ratio: De alijs siquidem nec scripta, nec tela processas admittunt, vt doctè aduertit Pet. Enríquez. conf. 16. num. 2. & iterum nu. 20.

7. Nulla nam que ratio cõgruentiæ, quid quod nec diuina, admittit, vt censor paratas habeat aures ad conuersiones, & querelas modicas, & vitia minima, quæ, si cancti dicere-
mus, non habere, de ciperemur vtiq. & nos seductos ostenderemus. 1. Ioan. 1. cap. si enim inquit, de pœni. dist. 2. c. iteratur. de conse. dist. 2. cū

in die septies cadat iustus, Proverb. c. 24. c. septies. de pœni. dist. 3. vnde dicit Psalmista. Psalm 129. Si iniquitates obliuaueris domine, domine quis sustinebit, & dicitur,

*Si quoties peccant homines, sua fulgura mittat
Iupiter, exiguo tempore incensis erit.*

Et sic domini syndicatores non curantes de minimis & exiguis, sed instructilenitate summi saluatoris, & omnes ipsius actiones insequentes, cum sint nostra instructio, debet ad cor persequentium, & accusantiũ perspicere, & vanas populares voces minime audire, quæ nullatenus sunt audiendæ Hortensi. Caualean. p. 3. praxis testium. num. 209. Vanas autem esse, cum a maleuolis ortum habent; quanto enim maior populus, tanto minor intellectus, vtitur vt in Christo, dum populi voces in blasphemias conuertebantur: dũ clamabant tolle hũc & dimitte nobis Barrabbam. nam ille clamor ortum habebat a persuasionem principũ sacerdotum, & seniorum Matth. c. 27. & sic maleuoli concitantes turbas faciunt eas irumpere in voces, quas passim ob nimiam cæcitatem in Senatores gentes emittunt, arguuntque in eis festucas, qui trabes gestantes non videt Matth. c. 7. Luc. c. 6. c. multi. 1. q. 1. c. 1. P. in Euangelio. 3. q. 7. & in princ. 32. q. 7. & excolantes culicem camellum deglutit. Matth. c. 23. hinc Redemptor & summus

summus visitator accusant s. discipulos, quod manus non lauarent. Matth. c. 15. & quia Sabbato uellebant spicas & māducabāt. ibi. c. 12. a se procul retexit, eo quod minima linceis oculis in alijs conspicerent, talparum vero more crimina propria capitalia nō reminiscerentur. Hinc inoleuit illa æquissima, & vniuersalis consuetudo, vt similes officiales de dolo tantum, fraude, & corruptione, quæ culpam latam secum continent, nec non & baratariam, inquirantur: quæ consuetudo fundamentũ accepit a d. l. vnica C. vt omn. iud. tam. ciuili. quam. milit. & a notatis ad l. 2. D. quod quisque iuris & ad l. lex Iulia. P. si. D. ad leg. Iul. reperund. de qua consuetudine testantur multi signanter Matth. Scholast. grauissimus vir in tract. de vero & Christiano Principe lib. 2. c. 35. & post alios multos inter quos recenset Iul. Cla. Iodoc. Grammat. & Berthazol. aduertit Hierony. Giaccar. in d. conf. de syndica. n. 409. & 410. cum sequentibus. Vbi quid notandum dicit, iudicem non esse inquirendum de sententijs iniquis, quamuis per imperitiam, vel male fuerint laræ; Cui sententiæ aliam similem refert clarissimus eruditissimisque vir olim cõdiscipulus meus nunc Reg. Cancellariam regni Aragonum meritissimus Ioseph. de Sese post tracta. de inhibitio. in respons. de syndica. fundans hoc testimonio grauissimorum; quod nulla ratione est

inquisitio faciēda, vbi agi cõtingat de obseruatiã, vel violatione legũ patię nũ bene, vel male fuerint intellectæ: aliquando enim cum Homero & viri insignes dormitãt, pio vt quisque sibi est testis; si ad pectus manus tradat suas: homo siquidem est fallax, & solus Deus verax, qui nec fallit, nec fallitur. Non enim omnia perfecta sunt in hominibus, imo omnes homines, sunt terra & cinis, vt ait Ecclesiasti. c. 17. vbi pulcrã alsignat rationẽ, quoniam non immortalis filius hominis, quid enim, inquit, lucidius sole: hic ramen deficiet, quasi dixerit, nihil esse imperfectioni non suppositũ, & nihil humani a me (vt ait Terentius) alienũ puto & Dauus sum nō Oedipus. Diuinitatis enim hoc esset potius, quã humanitatis iuxta l. 2. C. de veteri iurẽ enucleando. tantumque est inquirendum, num dolo, vel per malitiam violatio cõtingerit. Prædictas sententias propoluerunt relati, non alia de causa, nisi quia prædicta & similia, vbi sint leuia, cū facile circuant homines, quãtumcumque censatos, miserijs mille plenos, & suppositos, ex legẽ fomitibus corrupta, c. illud P. itaq. 15. q. 1. c. 1. c. non ex quo. de conse. dist. 4. quæ etiam in viris perfectis reperitur, vt in diuo Paulo. Rom. 7. c. si paulus 32. q. 5. nullatenus sint, nec veniant attendenda. Imprudentiæ enim, & erroribus veniam impendunt sacratissimæ leges, solamque calumniam coerceri mandant ex

Juliani sententia in l. Senatus. 15. D. de iure fisci. l. 1. C. de usufruct. l. pen. C. vt legat. nomine cane. l. fi. C. de iur. delib. & similiter scrupulosam inquisitionē, quā ego arbitror nimiam, fugiendam esse insinuant; & hanc scrupulositatem ad negligentia rationem referunt, de q. ea cuiā non esse habendam censent: fraudes fugiendas tantū commédātes, ex Vlpiani sententia in l. nec supina D. de iur. & fact. ignor. & Martiani voto in l. si seruus veritus. 122 D. de leg. 1. per quā iura merito communis obtinuit resolutio, vt in syndicato, & censura Regia nō admittantur querelae leues, impertinentes, frivola, & aliae, quae scrupulosae dicuntur; post Angel. in P. oportet per illū tex. in auth. vt iudices sine quoquo suffrag. & in l. mancipia in fi. C. de seru. fugit. & post Bal. in l. obseruare. P. proficisci. nu. 15. D. de off. Procon. late Paris de Puteo in tracta. syndica. post euidentialia c. 1. fol. mihi. 92. & verbo ad syndicatorum officium fol. 98. & verbo officialis. c. 7. in fi. fol. mihi. 103. August. Dulcet. in eod. tracta. n. 17. & seqq. Catald. in eod. tracta. q. 4. n. 8. & q. 13. n. 12. Amadæus in eod. tracta. nu. 69. fol. mihi. 47. Auiles. in c. 1. p. ietorum ad gl. incipi. dadimas in nu. 9. & 10. & de syndica. c. 1. n. 12. Ioseph. de Sese vbi sup. n. 36. rarissime plures in multitudine copiosa recensens Alfonso. de Azeuedo lib. 3. nouae recolle. tit. 7. l. 10. n. 11. & oluit Mier. 6. 12. n. 3. col. 4. fol. 44. & si hęc quere-

lae impertinētes sunt fugiēde a syndicato, quāto magis velle opprimere testes, quod ad sui iurum & voluntatem deponant, & si nolūt testes contra veritatem deponere, eos in carcere cū catena collo stricte per multū tēporis spatium non arati, non senectuti, nō tēporis intemperiei, non valetudini illōrum parcendo, oppressos detinere, illis violentiam & timorem incutiēdo & aliorum testium in offensam per fiscum ministratorum; siquid in fauorem querelati deponerēt, nolle continuare illorum dicta cōtra suū proprium iuramentum in ingressu sui officij praestitutū de obseruandis cōstitutionibus Cathalonie, in quib⁹ est id expresse sub pœna falsi, & alias dispositum in capitulo curiae 13. curiarum anni. 1599. & de iure cōmuni. Late id probat erudit⁹ ac pius Ioānes Petrus Ala Cremenēsis in suo aureo tractatu de aduocato & causidico Christiano par. 1. q. 77. qui allegat Clarū in praxi. q. 23. Tranquil. Ambrosinum in tracta. de processu informatiō lib. 1. c. 2. in prin. assignando rationem, quia iuramentū, quod subeunt testes, illud etiā continet, vt iurēt dicere veritatem super tota causa gl. in cap. fraternitatis extra de testibus. Antonius Scapa in tracta. de iure non scripto lib. 3. c. 51. n. 18. Francisc. Cassonus in tracta. de tormentis. c. 6. n. 6. Sagismu. Scaccia in sua praxi. c. 81. n. 9. Hinc non in concinne dixit Hier. Giach. quod attēta dicta

con-

consuetudine generali non est iurandum in huiusmodi inquisitionibus de apicibus iuris, nec subtilitatibus; sed bona fide procedendū sola facti veritate inspecta arg. tex. in l. si fideiussor. P. quaedam. D. mādat. P. in bonae fidei instit. de actio. prout in supremis Senatibus causae agitari solent, vt de Senatu Mātua no refert Io. Petr. Surdus. deci. 105. n. 11. quas idem Hiero. Giachard. & alias nonnullas vbi supra. nu. 46. & 47. cōiungit rationes, & causas omnia supradicta corroborātes Quādo quidem si huiusmodi leuia vitia attenderentur, frangeretur facile nervus iustitiae, autoritasque iudicantium deprimeretur; & vilesceret, succedentesque in officijs lenro gradu & tardo passu procederent: cogitantes & memoria reminiscentes, quae in suis predecessoribus ex minimis causis & leuibus erroribus miserabiliter contigerūt. Confert autem & interest reipublicae, quam saluam fore promittunt huiusmodi officiales, & illorum fideiussores in ingressu suorum officiorū. l. 1. statim in initio & etiā in fine. D. de magistrat. cōueniend. quod huiusmodi ministri & officiales praeminentes, nequaquam contemnantur, pro vt experientia magistra contemni videmus cum magno iustitiae, & totius reipublicae dedecore: conual. obseruandū. 19. D. de offic. Præsid. quod multis columnis exclamasse Paris, de Puteo Hier. prædictus vbi sup. testatur. In-

12

super officiales & consiliarij huiusmodi distrahuntur nimium in forensium negotiorum & causarum magnum dispendium, in maximū prouincialium, vniuersitatum, capitulorum, militum, baronum, & pauperum litigantium detrimentū. Plurib⁹ enim modicis querelis intenti minor est eorū ad singula negocia sensus Natura enim eos pro fama suae & nomini consulendo, (cum teste diuina scriptura melius sit bonum nomen, quā diuitiae multae Prouerb. c. 22.) constringit, atq. compellit, vt toto pectore curā habeant de accusationib⁹ & querelis, quas prout eorum inimici vigilantiter procurant, ac machinātur. Quibus dicti Senatores, & Consiliarij sunt positi tamquam scopus ad sagittas calumniarum e. qualiter & quando. 2. de accusar. teste doctore Sancto. 2. 2. q. 7. artic. 2. a quibus vix iudices praeminentes liberari valēt. Imo ipsis opprimuntur, sicuti opprimebatur Moyse a filiis Israel. Exo. 2. 16. Num. c. n. & etiam reiecerunt Samuelem perentes Regē. 1. Reg. c. 8. & alibi passim, sicuti omnes hoc canino tempore muscatum molestis opprimimur: ac ideo sapientissimus Rex Alfonso. l. 2. part. tit. 28. & l. 11. tit. 1. part. 7. in hęc verba id praesentens dixit [los homes que officio tienen, maguer que fagan drecho, non puede ser que non ganen malquerientes, e por ende si los pudiesen acular, enuileçerfeya por ay el lugar

B 2. que

que tienen. E tanto serian los acusadores que no podrian cumplir lo que eran tenudos de fazer] mirabilis est sane lex ambas superiores rationes, tam reipublicæ utilitatem, quam iudicium honorem, decentiam, & honestatem amplectens. Similis ob dictas rationes, & causas in Regno Aragoniæ illuxit lex, qua præcipitur, officiales præminentes non de alio esse syndicanandos, nisi de grandes defectos y notables negligencias, de dolo y subornacion] & alia etiam similis prodita fuit in Regno Franciæ, vt iudices tantum discutiantur de dolo, fraude, & corruptione; vt post Rebuf. Regiam Cancellariam in Regno Aragonum Regens refert Iosephus de Sesse vbi supra. d. nu. 14. 36. quas mihi in corroboracionem prædictorum licuit allegare, tum loco rationis naturalis, quæ vbi militat teste Aristot. carentia est intellectus, legem, vel aliud querere, vt post eum aduertit Ias. in l. cum filius familias, num. 56. D. de leg. 1. Luc. de Penna in l. i. C. de iur. filie, lib. 10. Curt. Junior in l. 2. num. 53. de iurisd. omn. iud. quod satis insinuat tritissima illa l. cum ratio naturalis, D. de bon. damnat. cum omnis lex ratione naturali innittatur c. erit autem lex, dist. 4. & quis est, qui saltem prædictam legem sapientissimi Regis Alfonso ratione naturali falcitam stupide inficitur? Ergo allegabilis erit in decidendis querelis vanis, & futilibus; hoc

enim est priuilegium rationis naturalis, vt vbiq; iuuet, ita docente canonistarum doctore Panorm. in c. secundo. requirit. 41. n. 8. extra de appellat. & ibi additio in lit. C. præmaxime hæc rationis naturalis allegatio, quæ omnes alias superat, & a nulla superatur, vt sentit l. in P. l. D. de vsu. ear. rer. quæ vs. cõsum. debet influere, ac operari, cū pro iuuantis Regijs Senatoribus allegetur. Cum omnes enim non tam gerere partem, quam esse pars Principis summi dicantur, l. quisquis C. ad l. Iul. Magest. merito ratio naturalis debet inter eos, totū facere, vt eleganter resoluit vigilantissimus Antho. Quesada lib. vno quæstionum c. 16. n. 7. & seq. Tum etiam eas potui allegare, quia vt existimauit Gabr. Sarayna vir excellenti ingenij in epist. nuncupa. ad const. Regni Siciliæ recte ille facit, cui quæstio iure proprio non omnino absoluta, seu diffinita proponitur, si secundum præcipuam alterius gentis legem de ea re cauentem responderit, cuius dictum allegantes similem legem Castellæ in hoc Regio Senatu Cathalonæ, referunt multi doctissimi simul communicantes in illis famosis allegationibus, quæ pro Vicecomitatu Rhodæ prodierunt in t. dubio. nu. 63. ad fi.

16 Conclusio igitur est, quo ad primam discursus partem, vt in expurganda villicacione iudicum præminentium (pro eo, quod interest

luz

suæ Magestati, vt eleganter notauit Matth. Scholast. d. c. 35. lib. 2. de vero Principe, qui interesse Principi ait, imo, inquit, morè visitandi huiusmodi solum fuisse eò inuentū, vt Princeps se ab omni specie iniquitatis immunem reddat, neque solum se iustitiam desiderare ab omnibus in omnes administrari, sed etiam inquirere in non facientes) solum inquiratur de dolo, fraude, & barataria, & vt dicebat illa lex Regni Aragonum, [de grandes defectos y notables negligencias.] Quarum negligentiarum distinctiones satis erudite prosequitur dictus Iosephus de Sesse vbi supra nu. 9. cum multis seqq. de leuibus vero, & quas vanæ voces populi prognerant, querelis, nullam esse habendam curam: pro vt minima non esse curanda, nec in considerationem venire, late tradunt & prosequuntur Tiraquel. in eo copioso tractatu, quem edidit de iudicio in reb. exigu. geren. Archiepiscopus Ferd. a Loarez in alleg. opidi de Mula in prima dubitatione in vltimo fundamento pro parte Marchionis de los Velez per plures numm. Cassaneus in cathal. glo. mund. part. 12. confid. 97. in fi. & Guill. Redoan in tract. de reb. eccl. non alie. in declarat. dubij vers. modica: præcipue per nobis datū Cæsorem, quia cū æquetur Præfecto prætorio, vt non indocte animaduertit Ioannes Bapt. Costa, qui huius materie syndicatus non fuit

immemor in tracta. de remed. subfidia. remed. vlt. num. 1. & 2. & Prætor summa equitate, & bonitate nitatur l. quod si Ephesi in fi. vbi notatur, D. de eo. quod cert. loc. de minimis & malitiose machinatis non debet curare ex regula l. scio. D. de in integ. restitut. ne minimis, aut exiguis in rebus maximas iacturas, afflictiones, seu (vt ait Imp. Iustinianus) attritiones viri eximij Senatus sustineant, & patiatur, quod graue esse & intollerabile idē diffinit Augustus in P. oportet. 2. vers. vt autem in fi. in aurb. de instrument. cautel. & fid. attredendo semper ad cõditionem naturalem huius Regni prouincialium, quod non sine cordis dolore dicitur, licet non de omnibus, vt plurimum ramen inclinant ad vindictam & quasi trophæum putant, iudicantq; gloriam, vt suos iudices, & officiales præminentes, quos oppidè habent infestos, possint dilacerare, aut dilanari, vexare, seu calumniari; qui querelantium animus, & temeritas, ac inclinatio naturalis multum debet attendi, pro vt de Interaminis, similis cõditionis, animaduertit pulchre Hiero. Giach. in d. conf. syndica. n. 103. & 124. & 221. & 234. & 235. inclinant siquidem tales iracundæ nationes, sepe sepius ad persequendos eos, quos enixè amare deberent, & redarguunt ea, quæ vix sunt alicuius momenti, vt ipse aduertit. nu. 104. & quod deterius est, impie plusquam hostili animo

vnus alij, & alter alteri mutuū pollicetur testimonium ad persequēdos iudices, vt ait. num. 124. & ad deploandas miseras temporis huius & hominum talium conditiones, eloquentissima deseruiunt verba totius eloquentiæ parentis Marci Tul. in oratione pro Lucio Flacc. p. 2. dicentis in hæc verba, & conditiones miseras administrandarum prouinciarum, in quibus diligentia simultarū, & palliati odij est plena; seueritas periculosa, liberalitas ingrata, sermo infidiosus, fions omnium familiaris, animus vero multorum iratus, & iracundiæ occultæ, & blâditæ aperta. ita nō nullis verbis additis refert Giarch. d. consil. de syndica. nu. 47. & hæc de prima discursus parte.

18 Non minus prædicta cōfirmantur, ex his, quæ ad secundam discursus generici partem pertinent, cum sit agendum de qualitate personarum, quæ in hoc iudicio purgantur, videlicet de Doctōribus, & Regij Senatus cōsiliarijs, qui merito cōsiliarij & assidentes Principis dici possunt, ex l. præfides. & l. Cōsiliarios. C. de assel. & domesti. cum Cōsiliarij, & Senatores cōsistorio Principis interefferentes, viri illustres, & pars corporis Principis esse dicantur in l. quisquis. C. ad leg. Juliam Magest. & miror quod hanc. l. nō allegauerit. Apto. Quesad. qui tales eos dicebat, d. c. 16. n. 7. & Alexander Vlpianum affessorē suum amicū vocabat l. secundū

C. de cōtr. vel. com. stip. quos & si æquo animo, huiusmodi sustinere censuram expediat, inter alia vt calumnias & mordacitates passi, alijs carptis & calumniatis, suis exēplis proprijs misereri discat. iuxta illud Virgilianum, 1. Eneidos. Non ignara mali, miseris succurrere disco.

Qua potissimum ratione dici solet, Christum potius assignasse Petrum, quam Iohānem in Ecclesiæ præsidē, c. cōsiderādū, & c. fidelior. se. dis. non enim afflictorum cognoscerent afflictiones, si afflictionis experientia ipsos non probarent. referunt Feli. n. 12. & Rip. nu. 35. in c. eam. te. extra de rescrip. & is bene imperat, qui aliquando, caput inclinare nouit, vt asserbat

19 Plutar. in vita Agesilai, in prin. Nihilominus licet sic oporteat eos pati, debet tamen censor multū ad eorum qualitatem attendere, & reminisci de hoc Senatu iuste cum Homero dici, alijs æquādus, pluribus vnus, vt de Alcia. dixit alibi Coras. in epistolica. q. 6. ac ideo de ipsis, quidquid est boni, venit præsumendū, non tantū quia solēnes doctores & licentiatos appellauit Serenissimus Rex Ferd. 2. in constit. r. tit. de electio. in vol. obseruantia. Quos merito in sententijs pronūtiantis Vlpianos, vel Iulios Paulos, in ingenij acumine Papinianos, in dissoluēdis antinomijis Africanos, in respōdēdo Mutios, vel Serbidios. Szuolas, in rebus deniq. significādis Tuberones, Labeones, aut Cali

stratos

stratos nuncupare potuisset. Verū etiā sic de ipsis est præsumendum, quia Rex Potentissimus Hispaniæ, cuius vitā Altrissimus Nestoreos cū summa fœlicitate producat in annos, propter eorum vitæ, ac morū integritatem, honestatem, sapiētiam, grauitatē, prudētiam, fidelitatē, et longā rerum experientiam, iustitiæ administrationi designauit. Qui tāquā lux Regni, & terræ sal, sollicitate, ac vigilanter, tumultibus, seditio nibus, periculis, & turbibus obuiant, arrogantiam, pertinaciam, superbiam, prauosq. affectus, & vitia cōprimunt, inimicitias, & simultates procul pellentes totis viribus pacem procurant. Bonos mores, æquas ciuitatum obseruantias, leges Regni, legitimas sanctiones, & edicta amplectuntur, innoſcentibus miserentur, bonos fauoribus recipiunt, malos ac perditos ultione corripunt, causas tandem nō prætio, nec precibus, nō odio, nec amore, vel ad dexteram, aut sinistrā inclinantes, sed solum Deum præ oculis habentes, diffiniunt & absolunt. Qualitas ergo eorum, totq. & tanta argumenta bonitatis, & integritatis cogunt, vt pro ipsis, & eorū quolibet vehementer præsumatur, nisi quis vellet (quod absit) arguere tantum Principem demala electione, quod sacrilegij esset ad instar, vt ait l. 2. C. de crimi. sacrileg. quam sic doctissime interpretatur Ferd. Mendoça. in disputationibus ad titulum. D. de pact.

c. 5. q. 2. parum post principium, vbi ait, quod cum Symmacus Præfectus vrbis, dubitasset d quibusdam electis ab Imperatore, & pro ipsis non præsumeret, meruit obiurgari a Theodosio in hæc verba, Dubitate de Principali iudicio nō oportet, sacrilegij enim instar est, an is dignus sit, quem elegit Imper. Que verba præcipue nostro Catholico & Potentissimo Principi omnibus numeris conueniunt.

21 Cum enim nouerit quales debeant esse eligēdi, id siquidē scribunt multi & esset profectō stolidū ignorare, cum extent peculiare loci, quos congerunt Hered. in suo tractatu [de chado de Iuezes,] & mirè Marth. Scholasti. in d. tract. de vero & christi. Principe, lib. 2. cap. 30. paucis verbis, Paul. Montan. in tracta. de tuto. & cura. ca. 35. num. 161. & glo. in cap. gloria. Episcopi in prin. 12. q. 2. Iodoc. Demouder. in praxi crimin. cap. 131. numer. 1. cum sequen. & Afflict. in constitut. Regni libro 1. Rubri. 60. num. 6. & 7. Nec id Principem latet, quod satis est tremendum, alteri non imputari electionem, sed eidē eligenti, vt aduertit Hieronym. Cagnol. in l. contractus. numer. 46. D. de regul. iuris, nullamque habere peccati exculationem, qui non dignos eligit, imo tutum non esse digniores non autemponendo, vt post Cardin. Deci. Adri. Lup. Couarr. & alios aduertit pulcre de eligēdis ad Magistra-

tus

tus agens, & docens qualiter peccet indignus officium acceptans, & qualiter eligens, Ioan. Matien. in Dialog. Relato. p. 3. c. 8. num. 16. & 17. cū antecedētib; & seqq. Nec presumitur ignorare, quos elegit, aut si ignorat, ignorantia supina creditur, per Aristotelem Rhetori. 1. c. 10. quem refert Matien. vbi supra p. 4. c. 5. nu. 4. vbi doctissime sentit eos eligendos, qui in alijs commissis magna dederunt pignora. Quandoquidem si incognitum, & cuius nulla extant virtutis testimonia, ad magistratus vocat; ultra labem criminis interni, in quam incidit, incōmodum magnū, tum reipub. tum ipsi munerī obuenire palam est. Quidquod & ipsi summo Principi, plus multo cōteris est nociuum, viros scientia & virtute insignes nō eligere. quod post Stobe. in suis sermonib; aduertit Matiens. d. c. 8. statim in initio. Laudatissimi siquidē est Principis, qui satis per se vidēs, adhuc patet recta monentibus, & cum vna mens non valeat cuncta cōplecti, & magnis indigeat administrandis, sapientissimus iudicatur, si prudentem commercio, & consilio, prāterita presentibus accommodet; & futuris consilio, (quod ideo tripartitum dixit Diogen. Laerti. lib. 3. in Platonem,) mature prouideat. vt post Hesiodum aduertit Math. Scolaſti. d. c. 30. in prin. Remigitur tantam, ac tanti periculi, & discriminis non est prāsumendum sapientissimum Principem forti, &

fortunæ commisisse cōtra. Sed an vltro. in P. vlt. D. de negot. gest. & notata per Bald. in P. itaque. n. vlt. in p̄oem. digest. Nam si opes casibus fortuitis non committuntur, vt ex l. quæ foruitis. C. de pignor. actio. aduertit Bal. in c. licet causam nu. 27. extra de probatio. Oportet enim intellectu, & iudicio omnia determinare, & quam paucissima fortunę committere l. 2. D. de condit. & demonstra. multo magis dignitates, officia, & magistratus à fortuna vaga & cœca liberari debēt, cū dignitates, & officia ob virtutum merita pręstari cōueniat, & vt inquit Aristot. li. ethic. 1. c. 9. quod maximū, optimumq. est in se, (sicut est consiliatorum cōopratio) fortunę, & rei incertę committere extremę esset demētia. Argumēta itaq. sunt concludentissima, vt pro dictis consiliarijs sic electis totius boni prāsumptio mutuetur. Hoc plurimum commendat Theorica & practica, quę seruat in electione regionum consiliatorum sacri regij Concilij huius principatus Cathalonie. Nam, vacante aliquo ex dictis officijs, congregantur ad mandatum Excellentis. Locumt. Generalis oēs egregij Regij Cōsiliarij trium Aularum vel prętorio- rum, & audito sacrificio de Spiritu Sancto, & audita sentētia excommunicationis per officialē ecclesiasticum in scriptis promulgata, & iuramento pręstato in manu Excellentissimi Locumtenentis Generalis de

de eligendis tribus personis illis bene visis dignioribus (omni odio, amore & voluntate postpositis) quilibet ex magnificis Senatibus selectet & in scriptis nominat tres, dando scedulam suę Excellentię, & ex omnibus nominatis illi tres, qui maiorem numerum votorum habuerunt, dicuntur vulgō esse nominati in terna, quorum nomina ad suam Maiestatem, & Regium supremum Conciliū Coronę Aragonum mittuntur, quem morem Potētissimus dominus noster Rex pro sui benignitate & zelo iustitię dignatus est non immutare in curiā. 58. ann. 1599. licet dictas ternas (vt vulgō dicuntur) non fieri curia supplicasset. Ex quibus tribus nominatis, vt plurimū & fere semper, dominus Rex cum deliberatione dicti supremi sui Concilij, iuxta illius cōsultationē, vnum, quem prāceteris digniorem reputat, eligit, & Excellentis. Locumt. rescribit, qui sic electus tenetur subire rigidum examen iuxta formā Constitutionū Serenissimę Regine Germanę in curia Montisso. an. 1512. c. 2. Caroli Imper. potentissi. in curia Bar. an. 1520. c. 10. 11. Maiestatis dñi Philip. I. in curia Barcino. an. 1564. c. 10. tit. de electio; nōbre y examē, & sic electi pręstāt sacramentum & homagiū de bene & legaliter se habendo ita, vt dicere vere possint; probasti nos domine, igne nos examinasti. Psalm. 16. & dñe probasti me & cognouisti me. Psalm. 138.

Hanc eandem rem non minus confirmat vigens ratio, quippe si pro alijs, quamuis non sint officiales, dicta militat naturalis prāsumptio, vt malum euietur, & crimen non prāsumatur l. merito. D. pro socio & l. seruos D. de manumif. restam. aduertit Burg. de Paz alios citans. conf. 13. nu. 9. & ad c. fin. extra de prāsumpt. multi cōgesti per Achil. Pedroch. conf. 35. num. 82. & seqq. late per Menoc. de prāsumpt. li. 5. prāsumpt. 1. per tot. & dicta prāsumptio viget fortius pro alijs, qui officiales sunt, & iudices, & quod recte obseruarunt iuramentum in ingressū sui officij pręstitum, & quod rite, & recte, ac integre se habuerunt. vt ad l. 2. C. de offic. ciuili. iudi. & ad c. in presentia de renuntia. aduertit & illustrant multis post Gramm. Berthazo. & alios, Hiero. Giacha. in d. conf. de syndico. num. 47. & nu. 193. & 194. vbi post Catter. in praxi criminal. P. homicidium sexto sub num. 78. & Cœpol. inquit prāsumendum esse promagistratu actus iurisdictionales exercente. & Ioseph. Mascard. de probat. concl. 1132. num. 21. Menoc. prāsumpt. 85. num. 5. lib. 2. & lib. 5. pręsumpt. 2. num. 30. & alter Ioseph. appellatus Cumia in praxi syndica. c. 9. num. 15. aduertens cum Bal. & Iaf. quod de iudice male iudicante prāsumendum est, potius per errorem, quam ex dolo iudicasse, cuius prāsumptionis nobilitas tanta est, vt dixit Bouadilla in C. sua.

sua polit. lib. 7. cap. 1. num. 136. cum trib. seqq. quod, etiam si extat contra iudicem boni nominis vnus testis de visu, adhuc debet vincere præsumptio, quam pro eo facit lex. Ex dicta etiam præsumptione alia etiam insurgit pro iudicibus, vt etiã si contra eos posset, aliquid præsumi, vt quia ipsi mererentur, adhuc tamen semper est præsumendum, quam minimũ fieri potest, vt subtilis dixit Bal. in l. non enim. D. de adoptio. & Ioan. Andreas in c. accepimus extra de etate, & qualit. vnde lex sæpe appellat iudicem ipsum virum bonum. l. vit bonus. D. iudicat. solui. l. contiuius. P. cũ ita. D. de verbo, obligatio, quæ duo iura ad id citat Hieron. Giacch. in d. conf. de syndica. nu. 192. Et eidem iudici, tamquam iustitiæ animatæ, plurimum de eo præsumentes leges, & de ipso confidentes, latas in arbitrarijs præbuerunt habenas, quod ad illustrationem. l. 3. vers. tu magis scire debes. D. de testib. & ad l. quid ergo. P. pœna grauior. D. de ijs qui not. in fa. & ad l. 1. D. de iure delib. cum similib. per sex centurias illustrauit Menoch. & nõ indocte post Castrenf. & alios Bonadilla in dicta sua polit. c. 1. tit. [de la presuncion de las leyes para los Iuezes.] Ergo multo magis erit præsumendum pro iudicibus superioribus & consiliarijs grauissimis, qui dignissimi præsumuntur electi a sua Magestate catholica. Quo argumento a fortiori non inlubili-

ter vsus fuit in causa propria dictus Iosephus Sesse vbi supra n. 43. nunc merito Regni Aragonum Regens præstantissimus & mihi olim ab adolescentia amicitia coniunctus cũ in Illerden. Academia illius cõdiscipulus fui: in quo iam tunc spina, vt vulgo dicitur, cũ nascitur pungit, agnouit eius animi dotes, & quæ in illis lapsu temporis vidi, & Deo fauente maiora spero videre, iam antea præiuderam, tãquam ex vngue leonem.

Cumq. inter dictos consiliarios Regios huius Regni, licet omnium minimus connumerer pro Dei clemẽtia, & sim omnium, sic ordinante tẽpore, in ordine Decanus, qui nõ vocatus fui per saltũ ad munera, & officia Regia; sicq. non valeã dici arbor cito nascens, & crescens, quã ea de causa breuioris vitæ esse constat. Sed è conuetso possum dici arbor nõ tantũ dico bona pro Dei bonitate, quia a bono & catholico Principe in suo viridario iustitiæ plantata, sed constans, & diuturna, & in qua illud Salomonis verificatũ fuit, omnia tẽpus habet: vigintitrium enim annorũ spatij, & amplius vocat⁹ fui prius ad Gubernationis assidetiã, ipse solũ Deũ inspiciens, & attendens, quod suæ Maiestati & reipub. inseruire poterã, nulla vtilitatis domesticæ ratione, & curã habita, humiliter agnouit, & vigilanter exercui. Deinde obseruata ad plenũ dispositione tex. in c. 1. extra de cleric. nõ resident; & l.

vt

vt gradatim. D. de munerib. & honor. promotus fui ad officium & ordinem iudicũ curiæ, in quo gradu immentos sustinui labores. Nouissime quasi per scalam gradatim ascendendo iuxta l. Irrisconsultus. D. de gradib. cum notatis in l. 1. D. de vulg. ad Regij Concilij ciuilibus culmen ab hinc multis annis fui assumptus, & sic totius Regij Concilij Decanus factus: vbi quanta assiduitate, quantaq. vigilantia, tam horis diurnis, quam nocturnis causas nunc referendo, nunc concludendo, nunc definiendo peregerim, atq. absoluerim in magnum pauperum signanter commodum, & vtilitatem, aliorum esto iudicium, luceq. clarius ex processu constat. Cum etiã licitum sit se commendare & laudare, vt fecit Sanctus Augustinus, qui æqualem se fecit prophetis. ecce 23. q. 4. & pro cõsul debet mittere edictum de aduentu suo cum commendatione sui l. obseruare P. antequam D. de offi. pro conf. & leg. ita & qui veniam ætatis impetrare vult debet se commendare & laudare l. 2. C. de his qui ven. grat. impet. & sic non valet illud dictum, laus in ore proprio fordescit, vt confirmat glo. in c. tenere dist. 31. & Cardin. in Clem. 1. in princ. q. 2. dereliqu. & vener. sanct. Cur ergo pro me non erit totius boni, bonarum cogitationum, sanæ mentis, & integrarum actionum mutuanda præsumptio? Vbi ergo essent potius pro tot, tantisq;

laboribus honorandus & præmiandus, æquum non videretur vt voluptuosis, & frigidis querelis torquear, cum iuxta Cicer. honorat artes, hominesque studio gloriæ incenduntur;

Reconferantur namque iuga ferre iuuenos Steriles in agros.

Iuxta Ouid. in magnã siquidẽ laboratũ consolationẽ, & recreationẽ magnus Iustinia. in l. 2. P. pro limitaneis. ad fi. C. de offic. Præfecti. Prætor. Afr. hæc verba scripsit. Et semper prouidimus vnumquemque secundum labores suos, ad meliores gradus, & ad maiores dignitates producere, vt ratione cõmẽdauit Arist. li. polit. 5. Iusq. vtrũq. huic rationi assistit: nam Imperator ad l. 1. C. de Assess. & domest. notabiliter inquit, studiorum labores non metu, vel eruciato, aut necessitate aliqua libertati incongrua, sed præmiorum spe, atque honorificentia prouocandos esse. Hinc veteranis præmia elargiti præcipit tex. in l. Lucius. D. de euictio. & alibi in l. 1. C. de offic. Magistr. officii. præcipitur vt nemo ad didictum officium promoueatur, nisi, quem ordo militiæ & labor vocauerit. Iure etiam Canonico magna cum consonantia id ipsum est receptum in can. miramur. 61. distinct. vbi ad fi. eos tantum honores mundi assequi putat, qui tẽporis suffragio, & laboris merito nõ ambitu, digni efficiuntur, cõprobant tex. in can. pot fieri

de poenit. distinct. 1. in can. charitatem. 12. q. 2. in c. cum secundum extra de præbend. & in c. nisi. P. quippe. extra de renunciatio. contra rationem quippe esset meritis meritum honorem non tribuere, cum virtutis merces propria sit præmiū vt ex Cicer. aduertit paucis verbis Hier. Giachar. vbi supra num. 322. & 323. Nec sustinent iura, vt labores sint dicta mercede vacui, vt vltra prædicta aduertit glo. pedaneis. in P. ne autē Nouel. de iudici. collat. 6. vbi allegat tex. in l. 1. C. d. stat. & imagi. iuuat l. contra rem publicam C. de remilit. lib. 12. & l. nemo C. de offic. magist. offic. quam retributionem iocunda plane ornauit ratione Cassiod. 9. varia. epist. 2. dicens, propositi est nostri labores honestos palma remunerationis ornate, vt vicissitudine, qua laborantes prouecti gaudent, desideres & pigri mordeantur. Et sic imputare possent sibi, quod nostris temporibus præmia haud consequantur. Hinc illud è cælo elapsum fuit & illuxit in mundum celebre dictum, *Θεοί τ' ἀγαθὰ πόνους πολεῖν* Deos laboribus præmia vendere, eisdem refert Romanis verbis Hiero. Laurent. in relectio. l. si emancipati. num. 336. C. de collatio. Et hinc ius ciuile illud calcar fortiauit, vigilantibus, & non dormientibus iura subuenire ex l. pupilla. D. quæ in fraud. cred. & hinc merito dictum, quæsitum labore iusto inter lucratiua nõ de-

scribi ex l. 1. C. de imponend. lucratiua descript. lib. 10. labore ergo queruntur dignitates l. iubemus C. de proxim. sacr. scrip. lib. 12. & quanto prolixior fuit labor mei defendentis, & aliorum consiliariorum, tanto magis omnis remunerationis fructus debent impendi gratiores, & nobiliores, vt sicut labor fecit nos prolixius anteire, sic stipendijs & gradibus longe alios excedamus: ita enim fructus, quod ad nos perueniat, erit dulcior, quã longior produxit digna laborum spes. l. 2. C. de offic. magist. milit. & can. institutum. 27. q. 2. vt doct. aduertunt Altiat. de præsumptio. reg. 3. c. 19. ad fin. Gregor. Lopez. l. 2. tit. 1. part. 3. Petr. Gregorius in syntag. iur. vniuer. p. 1. lib. 18. num. 30. ad fi. omnium autem fasius Ioan. Matienço in dialogo relator. p. 3. c. 69. Fructus igitur remunerationis multum erit dulcis, si habita memoria tot laborum, concedatur, quod in summa equitate & iuris ratione versatur; vt sicut illi, qui non laborant, manducare non debent, sic huic strenue laboranti proprium alimentum detur, quod in honore consistit, vt pulcre aduertit Pedrocha conf. 27. num. 28. cum seqq. Et hic cessare decreui veritus ne mihi contingat, quod Socrati viro sapienti & optimis virtutibus prædico, de quo refert Tullius lib. 1. de Orato. quod interrogatus a iudicibus, quam estimationem commernisse se maxime confiteretur: ref-

respondit, se meruisse, vt amplissimis honoribus & præmijs decoraretur, & vt ei victus quotidianus in Prytaneo publice præberetur, qui honos apud Græcos maximus habebatur. Cuius resposõ sic iudices exarcerunt, vt capitõs hominem innocentissimum condemnarent. Et sic melius est tacere, & talẽ se præbere iudicibus, vt censeant eum innocetẽm & præmijs & honoribus dignum, plura Plutarchus in tract. quomodo se quis citra inuidiam laudare possit. Et præsumẽdo pro eo, vt iã concludã ea, quæ ad hãc secundam discursus partẽ pertinent, attẽta qualitate personæ, nõ est dãdus locus friuolis, leuibus, ac minimis querelis, calumniosos euitando. Maxime quando aliqua ex illis sunt de rebus extra officium commisis, si curauerit fauere amicis in infaculationibus domus Ciuitatis & Deputationis & similibus, de quibus, cum sint extra officium suũ, non potest inquiri, vt eleganter & erudite plura congerit & exornat Dominicus à Vengochea in suo erudito responso in materia syndi-

erunt vani, cassi & irriti, iuxta illud quod sancta mater Ecclesia, licet alio meliori proposito, canit; Tantis labor nõ sit cassus, & quod Octauia. Angu. Imperat. protulit quando relatum ei fuit, P. Virgiliũ Maronem iussisse in suo supremo elogio, opera sua voracibus flammis tradi, de quo multum anxius fuit, proponens pro vna parte rationẽ dubitandi dicens

Sed legum seruanda fides, suprema voluntas,

Quod mandat, fieri, iubet, parere necesse est.

Sed pro alia parte considerans innumeras vigilias & lucubrationes per Virgilium impensas in illis operibus, in hanc sublimem sententiam & diuinum oraculum prorupit.

Frangatur potius legum veneranda potestas,

Quã tot congestos, noctesq. diesq. labores Hausert vna dies.

28 Superest nunc, vt pro coronide ad tertiam discursus partem gradatim accedamus, & qualis, & quanta debeat esse probatio, aduertus Regios Consiliarios, & me defendentem, vtiliter trahemus. Initio animaduerto, quod probatio in querelis datis contra doctores Regij Concilij, ac contra officiales præminentes non potest fieri qualitercumq. & quomodocumq.

sed debet esse probatio cōcludēs, & multum euidens, aliās nihil valet, vt post Bal. in l. obseruare. P. proficisci. De officio proconf. & eundem in l. si cautiones nu. 3. C. qui accus. non possunt. no. Paris de Puteo verbo contra officiales fol. mihi. 412. & verbo qualiter autem probabitur. fol. mihi. 448. quod iam sui natura est verum, quia probatio non potest se habere ad esse & non esse, neque esse de contingenti, l. non hoc. C. vnde legit. & l. neq. natales. C. de probatio. no. communiter in c. quoniam contra extra de probatio. & no. Benedic. in c. Raynun. verb. mortuo itaq. 1. n. 208. cum seq. At in isto casu nō solūm debet esse cōcludens, quod est ordinariū, verum etiā debet esse luce meridiana elarior, vt ait tex. in l. si. C. de probat. quæ est canonizata, in c. sciant. 2. q. vltima. & habetur in c. Epiphanium. 5. q. 6. & in l. qui sentētiā. C. de pōn. & not. in cap. veniens extra de testib. vt in terminis syndicat^o aduertunt Bal. in consil. 353. lib. 2. & Bertrazol. consil. 71. num. 11. quem citat Hierony. Giachar. in d. consil. de syndica. num. 352. & maxime vbi agitur de probandis dolo, & fraude, vt post Bal. & Anchar. aduertit Tiber. Decian. de criminibus, p. 1. lib. 1. c. 5. nu. 7. quod procedere etiā contra fiscum no. Cauallca. in praxi testium. p. 1. n. 25. Quod in tantum de iure procedit, vt communi omnium sententia sit rece-

ptū, vt etiā stante aliqua præsump-
ptione criminis cōtra inquisitum,
adhuc in officialis crimine requiratur
probatio clara, vera, & legitima,
vt aduertit Mascard. d. conel. 1132.
nu. 12. quod satis aperte innuit l.
iudices 12. C. de dignitat. lib. 12. vbi
sicut magnam pœnam infligit hu-
iusmodi officialibus delinquenti-
bus, & inter alias, pœnam priuatio-
nis, sic & eodē modo (sicuti in al-
tera lege Zenonis l. 1. C. vt omnes
iudices tam ciuil. quam milita. di-
ximus supra in prima huius discursus
parte in vers. præterea nō vult)
vt de quibuscūq. nō fiat inquisitio,
sed tantum de furtis & similibus
sceleribus, & non qualicumq. proba-
tione contentatur, sed vult Gra-
tianus Imp. quod de istis criminibus
officiales sint conuicti. Cōmuni
autem vsū receptū est, vt cum
dicimus conuictū, intelligamus
de legitimo testium numero, vel de
alijs legitimis, veris, ac concludenti-
bus probationibus. Plus adstringit
nodum tex. & aperit viam vti-
lissimæ praxi, quæ vtinam serua-
retur, (iustum autem est, vt seruetur,) videlicet
tex. in auth. nouo iure C. de pœn. iud. qui male iudica. vbi loquens
tex. de iudice datis, aut promissis corrupto allegato, seu denuntiato, imprimis & ante omnia
dispositū id, de quo nūc agim^o, quod tale allegans debet id probare. ibi. *& hoc probauerit.* & ibi.
probare litigator nequiuert. Et cum requirat probationē, ac ostensionē
ibi

ibi qui ostendere non potuit, est cre-
dendum, maxime attenda materia
subiecta, & attēta qualitate perso-
narum, & præsumpzione, quæ pro
illis multum vrget, vt abunde fuit
dictum in secunda huius discursus
parte, quod intellexit de probatio-
ne, & ostensione, quæ sit conuincē-
do, vt in d. l. iudices, & de proba-
tione potiori, videlicet illa, quam,
diximus supra, requiri luce meri-
diana clariorem ex d. l. sciant. C. de
probatio. cum omne analogū per
se sumptum sit in potiori significa-
tu, intelligendū. l. 1. D. si ager vecti-
gal. vel emphit. glo. per illum tex.
in l. quod insit. D. de re iud. & in c. 32
penult. extra de sentent. excom. Et
nihil mirum, quia cum agatur de
re graui & ardua, videlicet de ho-
nore, qui vitæ æquiparatur merito,
vt post Petr. Sanct. Cephal. & Cra-
uet. late remissiuè aduertit Hiero.
Giach. in d. consil. syndicat. n. 23 c. ad
l. iusta. D. de manumis. vindict.
agaturque etiā, si criminatio po-
stulat, de exuendo officiali, nudan-
do, & priuādo sua dignitate, atq.
officio. vt in d. auth. nouo iure,
ideo cautius agendum, & proban-
dū voluerunt, sacratissimæ leges, ex
regula civi periculū. d. ele. lib. 6.
Hinc nō incōcinne receptū est, vt
omne gen^o probationis, vbi agitur
de emēdādis officialibus, maxime
præemipētibus, debeat esse omni-
mo de purgatū, perfectū, & cōsuma-
tū in suo genere. Hoc siquidē rece-
ptū est & multū notādū in materia

probatoria, quæ etiā vbi versaremur
in casibus, in quibus nō requiritur
plena probatio, vt quia in occultis,
in assassinis, & in alijs priuilegiatā
probationē admittētib^o, nihilomi-
nus requiritur, quæ quilibet ex dictis
probationib^o sit in suo genere per-
fecta, vt si admittatur in iudicia, sit o-
pus, quod vnū quodq. iudiciū sit in se
perfecte probatū, vel duobus testi-
bus, vel duobus instrumētis cōcor-
dātib^o, aut alia pbatio, quæ in se sit
perfecta, quæ in materia tormentorū
tēperat. Cia. P. si. q. 22. & doctē Vil-
ladiego, in legi. Goto. lib. 6. tit. 5. l. 11
n. 19. & 20. & ratio prædictorū est,
quia ex multis imperfectis nō pos-
set creati vnū perfectum per reg. l.
spadonē. P. qui iura multa. D. d. ex-
cus. tutor. per quem tex. est multū
periculosū, velle recipere in crimi-
nibus illud axioma, multa collecta
iuuāt, vt multis cōsilijs repetit Ioā.
Crot. signāter cōs. 13. n. 8. 41. & 42.
& n. 62. & 143. n. 5. & 37. & 349. n. 13.
Garzou. in tract. de laudo. p. 2. P. 4.
gl. 2. n. 27. Meno. in respōs. pro Tri-
pulsis. n. 358. Eugen. consil. 76. n. 109.
cū trib. seqq. lat. in l. cēturio. n. 57. ad
fi. & n. 58. D. de vulg. & post Patifi.
Marli. Malual. Craue. lat. & Eugen.
in ciuilib^o aduertit erudit^o Ludo. de
Cassanate consil. 4. n. 265. aduertens
n. sequent. quod fortassis infra ego tā-
gam, prædicta maxime procedere,
quā singula per cōtrarias cōiecturas
& præsumpciones sunt sublata, aut
elisa. In criminalibus id est certius, quod
uis nonnulli putauerint contrariū,
quod

quod multa collecta nō iuuant, vt ex collecta. Rebuff. & alijs multis resoluit doctissime Bruno a Sole. q. 51. n. 86. vbi in pœnis, & in criminalibus, ac in præiudicialib⁹, demptis fauorabilibus, singula imperfecta minime coniungi resoluit. Ratio omnium prædictorum est, quia vt incœpi dicere supra qualibet probatio quantumuis priuilegiata debet esse in suo genere perfecta not. Bait. in l. si quis a liberis. P. si quis ex his. n. 3. D. de lib. agnoscend. cum notatis pulcre per Ioan. Garcia in tracta. de nobilitate. glo. 1. in princ. num. 49.

3 3 Ex quibus obiter colligitur, modicæ esse considerationis, quod nōnullæ fuerint accumulatae querelæ malitia & cecitate humana sic suadente; operæ pretium enim est, vt singulæ sint per se perfectè probatæ, aliàs non deseruiunt, nisi vt magis atq. magis abundet integritas innocentia, & manifestæ iustitiæ, quæ me tueretur atq. defendit, & pro Dei misericordia dicere possū 3 4 illud, quod habetur. Matth. 5. nisi abundauerit iustitia vestra, plusquàm fetibarum &c. Vtinam consequar illam beatitudinem, quam pollicetur spirit⁹ diuinus loco citato; illis, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Oportet siquidem maledici ab hominibus, & persequi ab ipsis, cum enim ipsi dixerint omne malum aduersus ministros iustitiæ, mētientes propter id, quod est iustum, gaudendum est, & exul-

tandum: quoniam merces copiosa est in cœlis, vt multis illustrat in magnam circumuenti iusti consolationem, Hiero. Giach. d. conf. de syndica. n. 402. cū nonnullis seqq. Quidquod nec deficit in terris merces, etsi non cum copia tanta. Nam etsi contra dictum Iosephum de Sese vitum clarum, plusquam quinquaginta criminationes, atq. delaturas inuenerit hominum circumuenientium malitia, vt ipsemet testatur. in dict. respons. de syndica. n. 45. Nihilominus tamen, cum singulæ imperfectæ remanserint, & nō potuerint coniūgi, cum vnaquæq. non fuerit probata in suo genere perfectè, non solum euasit, & liberatus fuit a leonibus, & crudeliter mordentibus; verum magna cum gloriæ copia, ad maiora & digniora fuit vocatus, & Cancellariæ Regiæ Regens fuit creatus, & alijs maioribus præmijs pro suis meritis condecorari indies speratur.

Hinc dicitur, quod contra huiusmodi syndicanos, non admittuntur inditia, quantumuis indubitata, vt ex recepta sententia post Deci. aduertit Hierony. Giacha. d. consil. de syndica. n. 107. & licet in hoc passu multum vage, & sub inuolucro tam si ciuilitate, quam si criminaliter agatur, loquantur Iuli. Clar. in praxi. P. si. q. 20. n. 6. & examinans quendam locum Francisci Sarmient. Menoch. de præsump. lib. 1. præsump. 97. vbi multorum discus-

discutit opinionones, eam tamē dicit communem Claus loco citato, initio d. nu. 6. qui habet, vt in criminalibus non sufficiant dicta inditia, quidquid sit in ciuilibus; ita tenent Anna. in cap. affette. extra de præsump. num. 1. & ibi Butri. nu. 7. Zabarel. ad si. Imol. numer. 3. & 4. Anchar. num. 3. nota. 4. & Paul. de Castro in l. si. num. 4. C. de probationib. & quod vbi agitur criminally, etiam in delictis occultis & difficilis probationis, non sufficiat præsumpta probatio, non loquor de ea, quæ est leuis, quia ista ex se cadit, & nihil operatur, vt ex diuina scriptura, & ex Bedæ, Alexan. Alen. Augustino, & alijs resoluit Menoch. d. lib. 1. præsump. 94. sed etiam si sit probatio ex præsumptione violenta, non sufficit, nisi hinc insurgat conclusio, & legitima probatio, vt late respondens contrarijs aduertit Bô. tit. de cōdict. num. 46 Bertazo. consil. 4. nu. 21. & seq. lib. 1. Mascard. de probatio. conclu. 120. num. 14. & bene Alciat. in l. post. cont. 2. etu. m. num. 34. D. de donatio. & Bertazo. consil. 4. nu. 21. lib. 1. & in terminis terminatibus, vltra Giacha. q. 61. supra, ita pro inquisitis in syndicato, scribit aduertens eandem esse in hac difficultate a Fel. Ioseph. Cūmia in practi. syndicat. c. 24. sub titulo de sententijs. num. 20. & 21. vbi nec augeat nec minui posse pœnam contra syndicanos resoluat, etiam si præsumptiones extent vio-

lente, & versemur in delictis difficilis probationis. 3 5 Quæ vti iustissima sequeretur, præcipue vbi ageretur de syndicanis vniuersi Illustratibus, & qui Principis corporis dicuntur pars I. quisquis C. ad l. lul. Maie. est, pro quibus vrgētissima extant legales præsumptiones, per consequens vellem probationem clarissimam, quā supra diximus requiri, & vltra proxime dicta hoc fundarem in supra allegata auth nouo iure. C. de pœna iudic. qui mal. iudic. dupliciter vltra traditam inductionem, illum tex. expendendo. Primo, in illis verbis qui ostendere non potuit, quæ videntur inducere formā præcisam, vt dici solet de dictione negativa præcedente verbum potest, per las. & reliquos in l. Gallus. in prin. D. d. liber. & posthu. & in cap. 1. de reg. iur. c. 6. Quasi velit dicere. tex. persequentem iudicem de corruptione, vt quia illi datū fuerit, vel promissum, debere succumbere, quia crimen formaliter non potuit ostendere, & vt patum antea dixi, quia probare nequiuit iudicem conuincendo. Totes enim geminata probatio, & dicta verba formam inducentia, ex regula l. Balista, D. ad Trebellia. satis Imperatoris etiam significant voluntatem, vt non aliter iudex, præcipue præeminens dicatur conuictus, vt voluit d. l. iudices de dignita. lib. 12. C. quam per probationem concludentem, & luce clariorem, non ve-

ro per inditia, vel presumptiones, quamvis violētas, postquam enim tex. in d. auth. requirit probationē per modum formæ, vt deducitur non solum ex dictis dictionibus non potuit, verum etiam ex illa dictione si, quam parū antea tradit, ibi sed si datum &c. Sequitur inditia & coniecturas, etiam in casibus, vbi alias admitterentur, admitteri non posse. Celebre est Grati respon. 10. num. 9. cum seq. li. 2. cuius dictū indifficile probat tex. in l. Lucius. 82. D. de conditio. & demonstratio. Vnde in his est multū attendendum, ne quis facile decipiatur, ex illa scitissima doctrina Bar. in l. in illa stipulatione. D. de verbo. obligatio. dicentis, quod in ijs, quæ sunt difficilis probationis, quælibet informatio iudicis, pro plena habetur probatione, quam refert, et ornat. Alfonso. d. Azeued. l. 6. tit. 1. numer. 2. et 3. et l. 4. tit. 6. numer. 51. et sequent. libro 8. nouæ recol. et multis post Neuiza. Cassado. Rotam. Paul. de Castr. Ange. et alios aduertit Petr. Barbo. in l. 2. p. 1. num. 78. D. sol. matrimo. Hæc siquidē pugnant cum prædictis, nisi temperentur, vt nō procedant, si agatur criminaliter, vt supra cum multis, et in proprijs terminis cum Giach. et Cumia firmabam. Neque etiam procedant vbi pro forma, et conditionaliter requiritur contra inquisitum iudicem probatio, nam tunc coniectura, et indicia excluduntur prorsus,

et probatio concludentissima requiritur. Quibus attentis licet dici consueuerit, quod vbi extant violentissimæ præsumptiones, possit habere locum aliqua pœna extraordinaria, vt vltra multa tradita in hanc rem per Menochi. d. præsump. 97. lib. 1. & post Mascard. & alios multos, tradit doctissimus Alfonso. a Villadie. in legib. Gotho. libro 6. tit. 5. l. 11. numer. 30. & sequent. At, vbi agitur de purgandis iudicibus, id nec auderem dicere, quantum minus affirmare, cum in d. auth. nouo iure postuletur, & exigatur probatio per conditionem, & formam, quæ aliter fieri non potest, quam perfecte & proprie. d. l. Lucius. & l. si quando. C. vnd. vi. Secundo ad eundem finem expendo dictum tex. in d. auth. nouo iure, dum vult quod non probata corruptione, vel crimine opposito iudici, ipse iudex iuret, quod per se, nec per alium nihil recepit, &c. & iurato liberetur. Ecce contra regulam. l. actor. C. de probatio. & l. qui accusare. C. de eden. grauat iudicem, vt iureiurando se purget, quasi nollit, quod sola criminis propositio possit eum offendere, quin sit expurgata, & ne leui saltem maculatus fame videatur ex sola infamatione iuxta tex. in c. præbiter. si a plebe 2. q. 4. quia poterunt æmuli dicere non defuit ius, sed probatio, ideo, vt toti suæ integritati restituantur opinioni & fame

famæ purget se iuramento, vt in d. c. præbiter. c. 1. & tot. tit. extra de purgat. canon. & in hoc multum honoratur iudex, sicut ibi Episcopus & præbiter, quod statui iuramento illius in facto proprio, quod in alijs inquisitis timetur & si non interrogantur in facto proprio cum iuramento præsertim in Cathalonia, vt tradit nobilis Ludouic. a Paguera in practic. crimin. cap. 12. P. 5. numer. 6. & ita etiam in Regno Franciæ seruari tradit Marc. decil. 674. per tationes ibi adductas per dictum nobilē a Paguera, quas iuribus, & doctrinis confirmat, quæ licet in alijs locum habeant & præsumptionem per iurij inducant, tamen in iudicibus, præbiteris & Episcopis est secus, vt in dictis iuribus. Qui enim alijs iuramenta præstanda deferunt non ignorant vim & religionem iuris iurandi argumento l. 1. 2. P. seruius. D. de origi. iur. & sic in facto proprio ad se purgandum iuramentum eis defertur & casu quo, hoc esset grauamē, quod non creditur, vt in alio dicatur officialis releuatus per regulam l. eum qui. D. de iur. iuran. est concludendum ē diuerso voluisse illum tex. in hoc eum releuare, vt probatio contra eum non alia admittatur, quam prorsus plena, totalis, & omnimoda, vt id operetur oppositum in opposito, quod propositum in proposito ex tex. in l. si. P. 1. D. de legat. 3. & etiam quia commoda cu-

iuscumq. rei debent sequi eum, quem sequitur incommoda l. comoda D. de reg. iur. & correlatiuorum eadē est disciplina l. 1. C. de cupress. lib. 10. quos intellectus si præuidisset Muscatel. in sua aurea, praxi delictorum, tit. de iudic. corruptela, forte non dixisset inaduertenter non nulla numer. 32. & aliq. seqq. quæ de directo sunt contra communes supra traditas, & relatas, & quod peius est contra dictā authent. nouo iure C. de pœna iudi. qui male iudica.

38 Si igitur indicia & præsumptiones etiam violentę non admittuntur, præcipue vbi agitur de priuatione, quæ pœna est indicta officialibus, vt in terminis vltra Giach. & Ioseph. Cumia vbi supra notat, non tamen sic apposita, & diligenter sicut supra probauimus, in d. suo respon. de syndica. numer. 42. & quod, vbi agitur de priuatione indicia etiam vehementia non sufficiant, etiam quod agatur civiliter, nuntiatum est mihi ita decisum in Rota Romana coram Reuer. P. Peña, 27. Ianuarij 1597. & in alia coram Reuer. P. D. Blanqueto, 7. Februarij 1596. Quibus accedunt quæ not. Gabriel Sarayna in additionibus ad Mathesilla. singul. 118. vers. violenta præsumptio. Marsil. in Rubri. C. de probatio. numer. 254. & in praxi P. quoniam numer. 32. & in P. diligenter. numer. 22. & Folleri. in praxi crimin. verb.

dentur capitula. n. 24. Quantominus erunt admittenda: presumptiones violentæ, & indubitatae, & quæ teste processu ex evidentioribus, verosimilioribus, & efficacioribus coniecturis, nec non ex illa nobili coniectura, & presumptione, quam supra diximus ius capere pro iudicibus presertim sic præmiuentibus, sunt funditus enervatae & elisæ.

39 Hinc quoque fit, ut ad alia transeam, ut non admittantur testes quicumque ad convincendos iudices superiores, & officiales præ eminentes; non quidem inimici, à quibus nulla ratione informatio est petenda, etiam ubi ageretur de crimine læsæ Maiestatis, divinæ vel humanæ, ut post Barr. in l. in quæstionibus ad leg. Iul. Mag. late advertit Ludo. Carrerius, Tho. Gram. Arno. Deci. & alios allegans, in praxi crimil. in textu ibi *testibus superatus*. pag. mihi 73, num. 40. & iterum hoc tangit in tracta. de hæret. circa accusationem num. 21. quem allegat licet male & Menoch. Hieron. Giach. in d. respons. de syndica. n. 69. quod dictum exornat & ampliat multis dict. Hiero. Giach. primo ut procedat, etiam si Princeps vellet admittere inimicum in testem. n. 70. & procedat etiam in presumpta inimicitia & ea, quæ puenit ex causa minus probabili n. 77. & 78. Adeo ut testis inimicus, quamvis amicitia non esset capitalis, non faciat semiplenam probationem n. 79.

79. aliaq. multa congerit ad instruendum iudicis arbitrium a dict. nu. 69. ad numer. 80. & probantur omnia per glo. verbo infames in c. ex parte. & ibi. Imola. & glo. verbo in personam extra de testib. tex. in auth. si testis. & ibi Barr. C. de testib. communem dicit Felin. in d. c. ex parte. n. 12. quæ iure divino confirmatur, cum Ecclesiastici habeatur c. 2. non est. credendum inimico, amicitiamus est. custodiendus ab eo: & ratio omnium est. Nam inimici facile mētuntur, ut docet gl. verbo non adit. in P. si vero dicat. verū. si vero quis dicat. odiosum in auth. de testibus. facit l. 1. in P. præterea. D. de quæstio. ubi Barr. & notat Parisi. conf. 1. nu. 64. vol. 4. alios refert Luc. de Penna in l. quemadmodum C. de agricol. & censit lib. 11. Felin. in c. cum P. Manconella in 1. notab. extra de accusati. Franc. March. decif. seu. q. 894. n. 5. & n. 10. p. 2. Ratio autem rationis elegantior assignatur ab Spiritu divino loco citato, quia nequitia inimici, sicut ærametum, æruginat, & cõservata rubigine in corde vadit curvus & simulat^r, quousque nequitia suã cõpleat.

40 Nec similiter sunt admittendi testes nimis animose deponentes, quod quando contingat rectis oculis candidus iudex percipere potest, & eis nullam tribuere fidem ex c. 1. de restit. in integr. sunt enim suspetissimi tales testes, ut post Iaf. & Rolan. advertit doctissim^{us} Giach. in d. conf. de syndica. n. 11, 8. & 139.

Insu-

Insuper non sunt admittendi testes, qui obtulerunt memorialia, vel qui instigarunt accusationes, vel ministrarunt alios testes, aut instarunt querelas, siue eas fomentarunt, aut induxerunt testes, nec similiter viles & abiecti, vel condemnati per aliquem ex iudicibus syndicanis, aut varij, vel singulares, interesse vel proprium habentes, vel habere cogitantes, aut querelas similes habentes contra aliquem, vel aliquos ex syndicanis; de quibus omnibus posset facile concipi, ac formari copiosissimus tractatus. Vnum tamen est notandum in materia syndicanis, quod contra iudicem & personam publicam, sicuti contra notarium non sufficerent duo testes, ut post Bal. advertit Giach. ubi supra n. 101. & e cõtra est notandum, quod duobus pro defendente deponentibus plus est credendum, quam multis deponentibus pro actore, & accusatore, ut advertit Achil. Pedroch. conf. 17. n. 81.

41 Quod si ex dictis vijjs & defectibus cõcurrant multa in ipsis testibus, etiam ubi aliàs negotium esset improbabile, nulla ratione sunt admittendi in casibus quantumvis privilegiatis, nullamq. coniecturam facerent, nec possent supplere suos defectus per numerosam eorum multitudinem, ut pulcre resoluit Pedrocha. d. conf. 17. n. 49. & id ipsum advertit doctissimus Antonius Quesada remissive in lib. vi. quæstio. c. 6. n. 20. iuvat glo. in l. di-

stantibus C. de restam. huiusmodi doctrinã & sanam theoricam post Thom. Gramma. Marfil. Sozin. & Barbat. recipit Lud. Carreri. in dicta praxi criminal. in tex. ibi testibus superatus. n. 41. nec oblitus fuit huius singularis doctrinæ Hier. Giach. ubi supra. n. 111. ubi dicit huiusmodi conclusionem esse solidam amplians eam n. 112. & 116. post Riminal. Cephal. Gabr. Roman. & Grat. etiam ubi veritas aliter haberi non potest, & n. 118. firmat, quod supra est dictum de causis privilegiatis, & id ipsum firmat Roland. a Valle pluribus exornans. conf. 97. n. 45. & 46. vol. 4. Cumq. contra me non alij testes fuerint producti, exhibiti & ministrati, nisi inimici, quorum nequitia, veluti ærametum, æruginabat, qui eadem de causa inimicitia intestinæ, (& quia eorum aliquos iustitia suadente condemnavi, & cõtra aliquos exonerando meam conscientiam, simul cū alijs Regij Concilij Doctoribus, consulueram Excel. Locum. nimis animose in suis depositionibus loquuntur, & alij fuerunt instigatores, sollicitatores, ministratores testium, & quasi ipsi querelantes, & querelas fomentantes, subornantes, & alia innumera vitia habentes, multiq. ex ipsis viles, & abiectæ personæ, ac ideo fide indignæ, ut post Rolan. not. Giach. ubi sup. n. 179. & quasi conspiratores, atque propterea nulla eis est danda fides extraditis per Parid. de Puteo in

D 3 vels.

verfic. testes. cap. vniuersitas. col. 2.
& Berthazol. cōf. 71. n. 18. & deniq.
tales, qui odio prosequuntur me,
& aliquis eorum, qui iam commu-
tauit vitam cum morte, & a die de-
positionis nunquam salutē habuit
& intra duorum mensium spatiū
ex amaritudine animi & ex vermi
conscientiæ illum corrodeute mor-
tuus fuit (quem dignetur Deus in-
ter electos recepisse) vltra modum
odiosus mihi fuit, postquam quidā
pupillus ab ædibus suis fuit, ad cō-
siliū meum & aliorum doctorū,
per suam Excellentiam multis iustis,
ac vrgētissimis de causis extractus,
& mag. Regenti Canc. cōmēdatus
Possū itaq. dicere, quod postquā
obsequens nō fui hominibus, quia
dissipauit dominus ossa eorū, qui
hominibus placent. Pf. 52. sed Deū
solum prę oculis habens, veritatē
insecutus fui, solum desiderans sic
Deo placere, ipsam veritatem super
omnia amans; quam multis ex-
tollit, ac varijs cōcomijs laudat
Giach. vbi supra, n. 264. cum multis
seqq. et similiter 269. vsq. ad n. 277.
inclusiue; non potui tam facile ge-
nerare amicos, quos producit ob-
sequium, quam parare inimicos,
quos parit et germinat veritas. Su-
perest ergo, vt nulli eorum fides
præbeatur, tamquam plura vitia,
pluresque defectus patientibus; et
43 signatē dicto testi defuncto, tum
quia per testes defensionis, nota-
biles quidem personas, et timora-
tissimas, multa de eius malicia,

odio & cæcitate dicuntur, tum
quia nihil cōcludit, nec probat,
tum quia se ingerendo suspectum
reddidit, vt ex c. 2. P. in criminali
4. quæst. 3. nō. Hortens. Cauaica.
de brach. Regio. p. 6. nu. 588. vers.
hinc est, qui seipsum refert, tum
& vltimo, quia discessurus a sæcu-
lo, et moribundus multum diuerse
loquebatur, dicens se nō dixisse,
sicut scripta continent, multa pœ-
nitentiæ testimonia dādo; et egrē-
gias personas ad se excusandum,
vt mihi faceret satis, ad me trans-
misit, quę omnia illius depositioni
sunt antepōnenda, quando quid
considerabile dixisset; cum nemō
moriens sui in eo articulo in memo-
ria credatur, cum ceter de salute
æterna, ex l. vltim. C. ad leg. Iuli.
reputan. quam ad propositum re-
fert Hortens. Cauaica. de Brach.
Reg. n. 286. p. 3. et quamuis excu-
patio testis nō profit, at istud nō
procedit, quando fit in articulo
mortis, et primum dicitur iracun-
dus deposuit, et quando palam
constat de leuitate dicti sui, vt post
Farinas. et alios aduertit Cauaica.
vbi supra num. 300. et 301. præ-
sertim quia forte nō fuit repeti-
tus, ex traditis per eundem autho-
rem num. 302. et iuuat illa historia,
quam Anto. Gome. de teste, qui
contra eum falso dedisse suffra-
gium in cathedra, fuit in articulo
mortis cōfessus, refert in l. 8. Tau.
n. 15. late pro Menoch. de præsump.
lib. 5. præsump. 5. protot.

Postremo

44 Postremo nec dicto testi, nec
alijs in offensam receptis, vel eo-
rum alicui potest dari fides, vltra
prædicta, quia nullus fuit, nec est
omni exceptione maior, quod est
summe necessarium, tum quia
cum suo casu possit perueniri ad
officij priuationem, casu postulan-
te, merito, & iuridice, absque vilo
dubio, dicitur causa criminalis,
vt cum Panormita. et alijs aduer-
tit Ioseph. de Sese vbi supra d. nu.
42. ad medium, in criminalibus est
receptissimum debere testes supe-
rare omnem exceptionem. Hoc
dictum tradi communiter in l. fin.
C. de probation. post Bald. Salic.
Alex. Thom. Gramma. et alios
aduertit Carrer. in d. praxi crimi-
nali loco vbi supra num. 25. idem
firmat dicens a maleuolis inimicis,
vel aliter suspectis testibus non
esse sumendam informationem,
cum debeant esse omni exceptio-
ne maiores, et allegat dict. l. fin.
Alphon. de Azeuedo. lib. 3. no-
uę recollecti. titulo 7. de las resi-
dencias. l. 10. num. 18. Mathe. de
Afflict. ad const. regni Neapoli.
rub. 46. in const. incip. corrupte-
læ. numer. 2. vbi inquit non om-
nes testes admittendos ad pro-
bandam corruptionem officialis,
sed debent esse testes legitimi,
et omni exceptione maiores. Et
pro hoc allegat glo. verbo legiti-
ma probatione in cap. at si cle-
rici. extra de iudic. nec aliter
censet dici posse conuictum; et

ratio poterit esse, quam refert Al-
fons. a Villadiego lib. 6. leg. Gotho.
titul. 5. l. 11. nu. 22. qui postquam ex
Mascard. Roland. a Valle. Oldrad.
firmavit omnia, quę supra proxi-
me dicta & enucleata sunt, putat
rationem esse, quia in causis cri-
minalibus probationes debent esse
ita certę, & dilucidę, vt nullo
modo, nullaque ratione possint
dissuaderi ex l. qui sententiam C.
de pœnis. Hinc, inquit, numer. 24.
quod testes etiam plures duobus
non integri in causis criminalibus
non sufficiunt. Tum etiam quia
in terminis terminantibus, vbi agi-
tur de visitandis officialibus regijs,
maxime præminētibus, testes re-
quiruntur omni exceptione ma-
iores, vt post Augustinum Dulcet.
de syndicato numer. 24. & 25. &
Auilef. notat Azeuedo numer. 18.
& Iosephus de Sese loco supra a
me relato numer. 43. post medium
& Hieronymus Giachar. vbi supra
numer. 140. adeo, vt multo magis
debeant esse omni exceptione ma-
iores, nullumque pati defectum,
quam si producerentur aduersus
alias personas, vt abunde scribit
Bouadilla in sua polytica c. 1. pag.
mihi. 796. & pagina 839. & 840.
Non enim aliter diceretur legiti-
ma & iuridica probatio & luce me-
ridiana clarior, quā diximus requi-
ri in causis criminalibus, & in no-
stris terminis supra in prin. huius
tertie discursus partis, nisi testes
essent idonei, & omni exceptione
maiores,

maiores, vt firmat nobilis Ludo. a
 Paguera collega olim. meus decif.
 45 17. num. 38. ad fi. dici. aytem in no-
 stro casu omni exceptione maior
 nullus testis in contrarium produ-
 ctus potest, cum ille tantum dica-
 tur exceptione maior, aduersus
 quem nihil obijci potest omnino,
 vt post glo. verb. maiores, probant
 ibi doctores in c. 1. de consang. &
 affinit. Roland. a Valle conf. 7. nu.
 13. vol. 1. & Mascard. de probatio.
 concl. 885. num. 10. quos refert Al-
 fon. a Villadiego in d. l. 11. num. 22.
 eand. glo. & aliam in P. rem verbo-
 rum inst. de inutil. stipul. post Bal.
 in l. optima C. de contrah. & com-
 mit. stipul. allegat id ipsum firmas
 Afflictis in d. const. corruptelaz. nu.
 3. & Cæpol. eandem allegat & se-
 quitur glosas. conf. 2. nu. 20. & mul-
 tos citat in copiosa multitudine
 more suo. Achil. Pedroch. con. 17.
 num. 2. & 3. vbi cum Mantie. testa-
 tur de communi, & Alex. de Ne-
 uo conf. 24. num. 3. & 4. Neque id
 creditur de testib⁹, videlicet quod
 sint omni exceptione maiores, nisi
 diligenter articuletur per produ-
 centem & concludenter probetur,
 vt post Curt. Cæphal. Gram. & Ber-
 thaz aduertit Giach. vbi supra nu.
 140. quos non citat, sed ex alijs
 theoris id probat, videlicet ex
 Angel. in l. 2. P. de. D. quem adm.
 testam. apert. Decios. & Auedañõ
 Iosephus de Sesse d. num. 43. propè
 fin. Ad dens, quod licet regulariter
 non sit probanda testium qualitas,

secus tamen est, quando ministra-
 tur probatio contra iudices. Nam
 tunc debet articulari & probari. Ra-
 tionem eam dicit esse quia vbi lex
 requirit testes honestos, & bonæ
 famæ, tunc opus est, quod articuletur
 & probetur, allegat Garciam
 & Angel. tantummodo, ego vero
 addo quamplures, quos congerit
 Achil. Pedroch. d. conf. 17. nu. 55.
 56. & 57. concludens non posse ali-
 ter obtinere agentem, sed omnino
 repellendum esse, vbi post Aret.
 Sozin. Altat. & alios multos hanc
 firmantes cõclusionem, dicit cum
 Alexand. communem. Cui subscri-
 bunt Alex. de Neuo conf. 38. n. 12.
 Zucard. in l. fin. uum. 83. vers. & ad-
 uertit. C. d. edict. diu. Adria. Crott.
 in tracta de testibus num. 392. &
 Dec. in cap. dilecti numer. 14. extra
 de appella. & conf. 37. num. 18. &
 Barbar. conf. 47. col. 9. vol. 1. & in si-
 mili casu aduæ cause, in qua re-
 quiebantur testes omni exceptio-
 ne maiores post Hippol. de Marf.
 Sozin. & alios aduertit Per. Ioan.
 Anchar. in quæstio. suis. lib. 3. q. 28.
 nu. 7. Quod in tantum est verum,
 vt debeant tales testes omnem su-
 perare exceptionem, etiam si uolã
 ex Alexand. conf. 180. col. 2. num. 5.
 vol. 6. Grammat. conf. ciuil. 59. nu.
 17. eisdem verbis vritur omnia præ-
 dicta corroborans Per. Pau. Paris.
 in. conf. 172. vidi exemplum. num.
 6 & 7. vol. 4. & Sozin. iunior. conf.
 39. vol. 2.

Habemus itaq. in hac materia
 pro-

probatoria multa in genere, quæ
 plus satis me defenderent a morfi-
 bus inique agentium aduersus me;
 & quod vbi testes aduersus me
 producti tot, tantosq. defectus nõ
 paterentur, adhuc de illis nulla est
 46 cura habenda. Primo quia nõ pro-
 barunt, nec in tantillo probant, (de
 quo habeo gratias Deo meo, quas
 possum) quod aliquid cõmiserim
 per dolum, fraudem, vel barata-
 riam, saltem ratione id non pro-
 bant, postquam eam non reddunt
 concludentem; tenebantur tamen
 in actu visitationis eam reddere,
 48 quamuis non interrogati. In causis
 enim arduis, & criminalib⁹, etiam
 vbi non agatur de pœna corporali
 infligenda, vel priuatione, (quæ plus-
 quam corporalis esset hominibus
 mediõ censatis,) sed ciuilitate fiat
 discussio, adhuc debet reddi per
 testem ratio concludens, etsi in-
 terrogatus non sit; vt docte ad-
 uertit, post Hippo. de Marsil. Al-
 fons. de Azeuedõ in d. l. 11. d. tit. 7.
 lib. 3. nu. 8. Et generaliter in crimi-
 nalibus id recipiunt Ias. in l. ait præ-
 tor num. 21. de iur. iur. Franc. Curt.
 in tracta. de testib. conclu. 28. 36. &
 39. Alberi. in eod. tracta. num. 5. &
 6. Nellus in eod. tracta. num. 172. &
 Barr. in eod. tracta. num. 5. & 6. Bur-
 gos de Paz conf. 7. nu. 3. & 4. Ant.
 47 Gomet. de delict. cap. 11. Et hoc est
 certissimum quod vbi agitur de
 fama, & nomine, debet reddi ratio
 a teste etiam non interrogato, vt
 aduertit Dec. in d. dilecti nu. 20.

vers. 2. de appellatio. In quo casu
 opus esset, dixisse a quibus audie-
 rint, vt voluerunt Barr. in l. de mi-
 nore P. plurium nu. 23. & ibi Mar-
 sil. num. 55. & seqq. D. de quæstio.
 Imol. in c. qualiter & quando. 2.
 num. 1. extra de accusatio. Sed cum
 paulo inferius de fama longius sit
 dicendum hic quiesco. Et reuertor
 vnde digressus sum, quod testes ni-
 hil concludunt circa dolum, frau-
 dem, & baratariam, cum conclu-
 dentem non adferant rationem
 etiam non interrogati. Ratio autẽ
 48 in hoc consisteret fundamentalis,
 quæ vbi cessat, cessat dolus tan-
 quam sua causa cessante. Videlicet
 quod aliquid peruenierit ad me vti-
 litatis, & commodi, in preiudicium
 & damnum alicuius. Commodum
 siquidem, & utilitas dicitur basis &
 fundamentum doli, vt aduertit
 Federic. de Senis conf. 125. num. 7.
 & 8. vbi enim commodum non re-
 cipitur a syndicando, omnis doli
 suspitio cessat, vt post Crauet. Ro-
 land. Sylvan. Cephal. & Berthazõ.
 aduertit Hieronym. Giach. vbi su-
 pra num. 102. & melius numer. 195.
 & 196. qui ideõ num. 206. inquit,
 dolum non puniri per leges, vbi
 actum faciens in sui commodum,
 alteri non noceat, post Nat. conf.
 592. num. 1. & tandem numer. 284.
 inquit, quod culpæ iudicis nihil
 imputatur, quando damnum ali-
 cui in sui commodum non con-
 tingit. Et cum nihil mali facerim
 alicui saltem quod sciam, vel vo-
 E luerim,

luerim, possum dicere illud quod habetur Prouerborum cap. 3. prope finem, *cur comendunt aduersus me frustra cum alijs nihil mali fecerim.*

49 Secundo quia testes non solum non sunt in offensam numero maiores producti, sed multo minoris numeri; quando vero maioris numeri testes ad sunt pro defensione, est certissimum, & indubitatum, quod testes maioris numeri sunt preferendi. ob carmen. P. si testes & ibi glo. D. de testib. c. licet causam ver. ex premissis ibi. *per testes numero plures, quibus potius lux veritatis assistit* & ibi Abbas num. 8. in fi. & Imol. de probatio. extra. Maxime cum non solum pro me fiat multo maiori numero producti testes, verum etiam personae conditione, statu, religione, ac nobilitate longe praestantiores; ita ut nulla possit fieri comparatio. Quod autem testibus numero pluribus sit credendum magis, multis illustrat Achil. Pedroch. d. conf. 17. num. 79. Et addo dictum notabile in materia defensionis; quod etiam si quatuor clericis plus credatur, quam sex laicis, ut resultat facile ex dictis per Pedroch. vbi supra. n. 71. 76. & 77. attamen istud non procedit, si agatur de reo defendendo, & liberando, ut pulcre notat Anto. Quesada lib. vn. quest. iur. c. 4. in prin. & Hippol. de Marsil. in rub. de fideiuss. n. 49. pro qua defensione proxime dicta facile conuertuntur. Nam non solum

pro ea testes numero maiores, et ita qualificati sunt preferendi; verum etiam est conuerso, quoniam duo testes tantum deponerent pro defensione, & rei liberatione preferendi essent deponentibus multis contra eum, ut post alios aduertit Achil. Pedroch. d. conf. 17. n. 81. quod iam supra ad aliud propositum tetigi in vers. in super post principium. Quod si numeri essent par, & aequalis testes hinc inde producti; adhuc iudex tamquam bonus dispensator legis, ne plus sit tenax, quam ipsa velit, debet inclinare in testes defensionis gl. est aurea & sing. in c. clerici. 81. distinct. quam communem dicit Felin. in c. in nostra nu. 8. post gl. ibi. *sed aduersa* extra de testib. & subscribit Bal. in l. data opera. n. 44. C. qui acular. non poss. Hoc dictum multis illustrat Caualea. in pract. de testib. par. 2. n. 180. vbi ampliat, ut procedat etiam, si probationes contra reum, in aliquo excederent. Et utcumque sit, vbi testes adessent probantes pro delicto, & testes contra delictum, etiam si pro delicto essent clerici, & contra delictum laici, adhuc est praesumendum & iudicandum contra delictum ex d. gl. singul. in d. can. clerici, Roman. conf. 441. Marsil. concil. 51. num. 2.

Et quando dicti par numeri, maioris, vel minoris testes producti ad defensionem essent, pro ut reuera sunt, nobiles, imo & nobilissimi, sunt preferendi multis ciuibus, rusticis, & alijs vulgaribus

bus ut docet pulcre Rolan. a Vall. d. conf. 97. num. 47. & 48. vol. 4. & quod nobilibus plus credatur, firmat Caualea. vbi supra. n. 181.

50 Nec refert, si diceretur, testes productos per me esse amicos, quia in tantillo non officit: tum quia amicitia nostra est multum regulata & resignata ad leges recte iudicantium: tum quia omnibus, iuxta diuum Paulum, debitor sumus: tum quia dicta qualitas amicitiae non est probata, nec pretensa per fiscum, neque ad quem gradum ascendat: tum & vltimo quia etiam amici in causa defensionis non amittunt fidem, ut a contrario sensu innuit Spiritus Diuinus Ecclesiasti. d. c. 12. & aduertit Angel. in l. sciendum. nu. 1. D. de vsur. Bal. in l. eos. C. de testib. Grammar. vot. 22. & relati per Auendañum in verbo *amico* vbi ex l. Regni conclusit amicum esse testem omni exceptione maiorem: & his subscribit Villalobos in Antonomia verbo amicus. n. 52. vbi testatur de communi post Lamira, & Grammar. & alios, praesertim cum sint testes defensionis tales, in quibus omnis suspicio affectus & amicitiae ob eorum nobilitatem, & religionem cessat.

51 Tertio quia etiam vbi testes pro fisco affirmarent, & pro mea parte & defensione negarent, adhuc mei sunt preferendi ex Bart. in d. l. data opera. num. 44. C. de his qui accus. non poss. & Aretin. in c. in nostra. n. 24. extra de testib. & Roman. conf.

241. post num. 5. & Bossio in praxi tit. de defensionib. reorum. nu. 32.

52 Quarto quia multi & fere omnes ex testibus a me producti in defensionem ante, vel post articulos meos reinterrogabantur per Visitatorem ex officio instando in modum offensae, ut diligenter inspiceretur, an mei testes vacillarent, vel aliquid contra me ministrantem dicerent. Sicque videntur isti testes omnino inexpugnabiles, & quasi approbati per fiscum, cum eo instante fuerint quoque examinati, sicque pro parte fuerit illis vsus ex l. si quis testibus. C. de testibus, & hoc multo magis, non solum quia mei testes quati producti ab eodem fisco, probant defensionem meam, verum etiam quia multi ex testibus immediate productis per fisci procuratorem, & quibus in directam offensam vsus est pro me, & mea defensione, multum vrgenter faciunt, quos in consequens, quamuis essent recepti ex officio, non potest impugnare ex regula d. l. si quis testibus. C. de testib. quam adfert Marant. in specul. p. 6. rub. de test. repulsa. n. 12. Craue. de antiq. temp. p. 1. sectio. *queritur etiam in hac materia*, n. 14. Meno. li. 2. presup. 45. n. 3. & Thob. Noni. conf. 24. n. 24. & 25. qui existimat, id procedere non solum in ciuilibus, sed etiam in criminalibus in conf. 98. nu. 10. & 18. idem firmat Cephal. conf. 110. nu. 26. & sequentibus. li. 1. & Brun. inter conf. diuers. crimi. conf. 113. n. 41. li. 1. quod adeo est verum, ut si testes producti

ab aduerso pugnent inter se, & partim dicant pro actore, partim pro reo, est iudicandum pro reo ex gl. ordina. verbo aduersa vbi Butr. nu. 8. Ater. num. 3. & 23. Abbas. num. 1. notab. 1. & num. 4. versu. si vero testis in cap. in nostra extra de testib. Crot. de testib. part. 5. nu. 369. Bossi. in praxi tit. de opposit. contra test. num. 4 & in titulo de defent. reor. nu. 2. Præterea obrinet, quod supra est dictum, etiam si testes in offensam a curia ministrati essent singulares, quidquod etiam si vnicus esset tantum, probaret in mei fauorem ex tradit. per Crauer. conf. 100. numer. 13. Anto. Gabriel titulo de testib. conclus. 1. post nu. 14. lib. 1. Bursat. conf. 31. num. 21. li. 3. Hippoly. Riminal. conf. 209. num. 28. & seqq. li. 2. & post Cephal. Felin. Guid. Pap. & multa Riminal. consilia aduertit in venetis decisio. Thom. Triuisan. decis. 41. incipien. vertebatur. num. 10. lib. 1. & iterum post Crauer. Berthazol. & Thob. Nonium. Boër. & Deci. decis. 49. n. 5. quod ampliat, etiam si pro reo deponerent testes ab aduerso producti de sola credulitate in decis. 62. num. 5. lib. 2. cum tamen verum sit quod è conuerso testes singulares in criminalibus contra reū, nec indicium facerent, vt secundum communem resoluat Antho. Gom. rom. 3. comment. tit. de probat. delict. num. 10. versu. item adde, Iul. Clar. in praxi P. fin. quæst. 53. versu. dixi etiam, & Ioan. Rojas de heret.

54 par. 2. assertio. 6. num. 120. Nam semiplenā probationem non faciūt saltem ad condemnandum, vt post Bal. in l. fin. C. de probatio. aduertunt Alex. conf. 94. numer. 2. lib. 6. Rip. in l. admonendi num. 205. vbi Fran. Curt. num. 178. D. de iure iur. & Lamfranc. de testib. num. 26. ver. nec etiam semiplenam. Conrad. in praxi tit. de testib. rub. de singular. testi. num. 25. versu. ampliat etiam potest. & Roland. a Vall. conf. 33. n. 19. lib. 2. & Mascari. de probatio. conclu. 954. num. 20. Quidquod etiam vbi inducerent semiplenam probationem, adhuc non sunt attendēdi, quia etiam vbi duæ semiplenæ probationes extarent, quidquid sit in ciuilibus, in criminalibus ad cōdemnandum non coniunguntur Gandin. tit. de præsumpt. & indic. num. 2. ad med. Bossi. tit. de conuictis. numer. 23. Bertazol. conf. 41. n. 21. in fi. lib. 1. & Mascard. de probatio. conclus. 459. num. 7. & latius de non coniungendis imperfectis diximus supra. Quibus addi potest Horten. Cauasca. in praxi de testib. pa. 2. num. 125. qui concordans cum superioribus num. 116. inquit, plures testes singulares non coniungi ad vnum perfectum cōiungendū. Cum itaq. deponant testes, ex officio recepti, & ministrati per curiā, multi in multitudine copiosa pro me, ommissis alijs plurib⁹ in offensam ministratis a fisco, quorum dicta, cum saperent defensionem meam, non fuerunt continuata.

Ergo

Ergo absque vlla dubitatione testes ab aduerso producti debent dici superati, partim ex meis testibus reinterrogatis ab aduerso, & partim a curia immediate productis, quos debellare non potest.

55 Quinto, & ultimo, (pro nunc, & multis ommissis, ne longior sim) quia per testes hinc inde productos ob Dei misericordiam, constat de bono nomine, fama, ac honore. & sunt re vera testes expectatę fidei, quo casu est omnino fauendum syndicando, nec rigide est cū eo agendum. Paris de Puteo de syndica. rub. de offic. iud. vol. 2. Boër. cōf. 1. p. 12. & 29. Cuius famę lesio, nulla ratione ex paucis testibus est assumenda, cum ipsa ex se sit mala. iuxta Virgil. ac in consequens debet probari mala per probationes clarissimas, iuxta notat. in l. fi. C. de probat. præcipue vrgentibus præsumptionibus in contrarium l. merito. D. de probatio. & alijs, de quibus actū est in 2. p. præsertim quia testibus deponentibus de bona fama plus est credendum, quam deponētib⁹ de mala, ex Barr. in l. de minore P. pluriū n. 25. & ibi. Alex. in additio. sub n. 19. lit. d. D. de questio. Bal. in l. ea quidem num. 54. C. de accusatio. & Grammar. vot. 34. nu. 17. versu. & nihilominus, etiam si deponentes de bona fama essent numero pauciores ex dict. ratione, quod habeant pro se præsumptionem naturalem bonitatis, vt post Cardinal. aduertit Curti. in dicto

tracta. de testib. q. 48. signanter, cū per testes nonnullos eiusdē offensæ, & aliquos defensionis, constet, aliquos testes deponentes de mala fama esse emulos, & inimicos meos graues. Deinde, dum dicunt de fama, oportebat, quod dicerēt, a quibus audierint, vt tetigi supra ex eodē Barr. in d. P. pluriū, & ibi Marfil. nu. 55. & sequētib⁹. Nec satis est, si dicerēt, ita esse publicam vocem, & famam; cum, vt dixi, non reddūt rationem de eo, quod sensu corporeo perceperunt. Et minus sufficit, si affirmēt, id publice audiuisse; potuit enim esse, quod vnus tantum id publice dixerit, quod quotidie experimur, quem, sicuti grūes, alij sequuntur non cognito patre, ordine literato. c. in apibus 7. q. 1. sicut de populo & turba contra Christū Dominum clamantibus, qui fuerunt concitati à Principibus Sacerdotum & senioribus. Matth. ca. 26. vt dici solet de falso testimonio. Ac ideo plures grauissimi existimaerunt, tunc bonam, & congruam esse rationem, quando dixerunt, audiuisse a maiori parte populi, vt ad Barr. in d. P. pluriū. aduertunt Marfil. conf. 20. numer. 41. & 42. & Grammar. vot. 34. nu. 14. & multis illustrat omnino vidēdus Rolan. a Valle conf. 54. num. 14. cum seqq. vol. 1. & conf. 82. vol. 2. & pulcra cōgerens Matthæ. Brun. conf. 64. nu. 27. 28. & 29. dicens nu. 30. quod diximus supra, quod etiam non interrogati debent dicere, a quibus

E 3 audie-

audierint nominando aliquos, aliter nihil probat. Optima sane motus ratione, ut intelligatur, num a vilibus personis, maleuolis, seu maledicis, aut suspectis, quorum communis opinio nullius est effectus, ut post Speculat. & Alex. firmat n. 28. an vero a personis fidedignis & honestis ortum habuerit, ut post Bart. Hippoly. & alios firmat d. nu. 27. aliter neq. ad circumstantiam aliquam prodesse possunt, ut aduertunt Inno. in c. cum oportet. extra de accusat. late Ancarra. conf. 253. Alex. conf. 83. lib. 3. & conf. 24. lib. 4. Marsil. conf. 15. & conf. 18. & in d. conf. 26. num. 42. & 43. & conf. 63. num. 15. & conf. 72. num. 19. & conf. 76. num. 20. & conf. 88. numer. 12. Vnde non est, quod testibus ignobilibus, pauperibus, infamibus, & humilibus detur fides, neq. in tantillo ad maculandam famam & nomen vitandam Consilij Regij. Imo, cum depositio bonae famae tollat omnem delicti praesumptionem, ut multis ornat Roland. conf. 45. nu. 42. cum multis seqq. vol. 1. & e converso mala fama, maxime ubi trücate, & nulliter est probata, deterior dicatur testis, quam inueniri potest in seculo, cum sit perniciosa, & multum fallax, ut notat Carauit. titu. 41. Iterum bona fama (ut ad ea

reuertar) dicitur iure optimo thesaurus inextimabilis & est sicut liliolum suauitatem dans odoris corpus nostrum, sicut sol illustras, ad omnia purganda indicia optimum condimentum, ut multis comprobatur Roland. a Valle. post Bal. cuius regulariter ista sunt acutissime dicta in d. conf. 97. num. 49. & duob. seqq. vol. 4. Id propterea vnum consequitur speciale, quod tamquam notatu dignum ad finem praesentis discursus & generalis defensionis referuauit, ut tenacius ac efficacius memoria retineatur, quod in terminis terminantibus in materia censuræ & syndicati, inque similibus inditijs expurgandis refert Hieronym. Giach. vnicus syndicatorum patronus in dicto suo aureo respons. d. syndic. n. 253. cum seqq. videlicet quod concurrentibus probationibus bonæ, & malæ famæ, sunt praeferendi testes probantes bonam, etiam si eam probarent in genere, & testes de mala deponentes, eam probarent in specie. Cuius dicti allegat primipilum autorem Hippoly. de Marsil. in praxi. P. diligenter num. 199. & conf. 46. n. 66.

cum quibus meam defensionem generica facio.

* *
* *

CAPVT SECVNDVM, IN QVO LATE discutitur, an testis extra articulum deponens censeatur a parte ministrante approbatus, & quando in illo per temporis lapsum praesumatur obliuio in rebus ex arbitrio suo deponentibus & quomodo veniat excusandus.

S Y M M A R I V M.

- 1 ARGVMENTVM materiae capiti. 2. & diuisio illius in partes, seu dubia. n. 1.
- 2 Pluralis loquutio duorum numero est comenta. n. 2.
- 3 Testes deponentes extra articulum non profunt, nec nocent in eo, quod est extra. n. 3.
- 4 Testis deponens extra articulum, etiam falso, non amittit fidem in eo, quod dicit verum secundum articulum. num. 4.
- Minor summa inest in maiori. n. eod. Utile per inutile non vitatur in separabilibus. n. eod.
- 5 Testis excluditur a delicto, & creditur per obliuionem errasse, non solum decennio, verum etiam quinquennio, quadriennio, triennio, biennio, & minori vnus anni tempore. n. 5. ubi ampliat. & n. 6.
- 6 Memoria, dies, & anni sunt fugaces, & vacillant. d. n. 6.
- 7 Testis an sit obliuus, & eius dictum referendum sit potius ad obliuionem, & errorem, quam ad dolum, vel latam culpam, in dubio casus est arbitrarius. n. 7. & 13.
- 8 Poena extraordinaria non est locus cessante dolo, & lata culpa, quando quid referri potest ad leuem & leuissimam, si criminaliter agatur. n. 8.
- 9 Testibus vacillantibus super circumstantia temporis, tam illis, qui verosimiliter potuerunt scire tempus, quam illis, qui non ita, totum est adscribendum errori, & obliuioni, non vero dolo, malitia, vel fraudi. n. 9.
- 10 Testibus quibusdam, ex causa, dies vnus videntur multi, sicut nonnullis ex Horatio nox longa, quibus ipsa mentitur. n. 10.
- 11 Praesumptio vna potentior vincit alias minus potentes. n. eod. Testes, quantum fieri potest, reducendi sunt ad concordiam, nec refert, quod discrepent in accidentibus, ac circumstantijs. n. 11. Testes, si concordant super actu principali, maxime ubi est continuabilis, & successiuus non inierit, quod in tempore dissonent. n. eod.
- 12 Testes, si interrogentur super actu generico

Generico, & omnes agnoscent unam veritatem in genere, parum est, & nullius considerationis, quod dimer- sime perceperint. veritatem circa tempus. nu. 12.

13 *Oblivio in facto alieno facilius est. nu. 13.*

Testes etiam si discordent in principa- li, si discordia est in modico, non mi- nus probant. eod. num.

Sententia Regia lata in Supremo mag- ne est auctoritatis, & summam pre se fert presumptionem, nec facile sub colore iniustitie, vel nullitatis in- fringitur. num. eod.

14 *Confessionem, qui acceptat pro se, tacite videtur eam agnoscere contra se, & qui iam semel impugnat non vide- tur posse ea inuari. nu. 14.*

CAP. II.



COGNITIS iam his, quæ ad generalem defensionem spectare videntur, superest iuxta promissa, vt ad singularium querelarum defensionem descendamus, et prius satisfacere intendo querelæ, de qua fui interrogatus, an satisfecerim sententiæ Sacri Supremi Regij Cõcilij Aragonum in mei fauorem late, in eo, quod in ea videatur retentum, cui, vt commodius satisfaciam, diuidere intendo totius capituli, & dictæ querelæ materiam in tres partes, siue in tria dubia, vt defensio tripartita trium sit liliorũ

ad instar. Prima sit pars, siue primũ dubium circa depositionẽ aliquo- rum testium ministratorum in alia visita, quos fiscus tunc impugna- uit, quãtũ potuit, de falso, & nunc, vt alter Sisyphus, lapidem eundẽ, & saxum ingens reuoluit, iterum suscitatur eandem falsi materiam, ac si in dicta prima visita ad Cleantis lucernam non fuerit excussum, & expurgatum, tractabitur quod iuris resultat. In secunda parte exami- nabitur, an dictæ regiæ sententiæ in mei fauorem late obtempera- uerim, casu, quo aliquid reseruatũ fuerit, vt prætenditur, & casu, quo aliquid remanserit implendum, an cedat in pœnam, & in eam incide- rim. In tertia tandem & vltima dis- putabo breuiter, an mihi compe- tat, & fisco obstat exceptio rei iudi- catæ.

2 Ad primam deueniens partem præsuppono, quod in articulis obla- tis per me in prima instantia non articulauit, nec concepi positionem in limitato, & restricto dierum nu- mero, sed quod moram traxi per aliquod interuallum in loco occa- sione visuræ, & quod ibi remansi aliquibus diebus nõ exprimendo, quot fuerint dies, an octo, vel sex, vel quinque. Er tamen ista incerti- tudo dierum potuit verificari in duobus, vel tribus diebus quatuor, aut quinque, vel sex ex vulgari tra- ditione, quod pluralis loquutio duorum numero est contenta iux- ta l. vbi numerus D. de testib. etiã si verbo

verbo multis esse vsus, quia mul- ti etiam in duobus, vel tribus veri- ficantur cap. cum in multis de pre- bendis in 6. glo. & Bart. in l. i. P. si- rescriptum. D. ad Sillanianum, & in- licet Imperator. nu. 3. D. de legatis. 1. R. ebusus in l. si vsus D. de verbo- rum significatio. Cardinalis Tuf- cus in litera m. conclusio. 367. per totam, & signanter num. 11. Ange- lus de maleficijs verbo pluribus, & ibi Augustin°. Quæ regula pro tri- ta tur. consulti, an cũ Philolopho conueniat, quantum ad numerum dualem, & quid sentiant Græci, aduertit pulcre & docte more suo Ioan. Corasi. lib. vii. epist. quæst. c. 11. Itaque non me adstrinxi ad cer- tum dierum numerum. Vnde ma- nifesta insurgit iuris propositio, quod testes deponentes, non po- tuerunt formare sua dicta, & de- positiones, inquantũ dissona sunt, vel dissona a contentis in ipso ca- pitulo, & articulo. Imo statim, quod depositio est extra articulũ, nullius est cõsiderationis, nec pos- sunt testes nocere producenti. Quia actus productionis non ope- ratur ultra intentionem producẽ- tis ex regula l. non omnis. D. de reb. cred. Intentio autem produ- centis fuit, restringere dies, quos appellauit in positionibus, aliquos, ad tempus, quo reuera fui ibi de- tentus: ita, vt si nõ fuerint nisi duo, vel tres, 4. vel 5. aut 6. de quib⁹ non erat certa memoria ob lapsũ tãti tẽ- poris, non fuit iustũ, quod testes ad

hunc finẽ, & intencionem produ- cti, extenderent numerum dierũ, qui non fuit comprehensus in ar- ticulo, lato testificando de nume- ro maiori dierum, deponerunt ex- tra capitulum, & per consequens in excessu dierum non possunt nocere producenti, dum ex arbitrio, & capite suo ampliozem dierum nu- merum existimauerunt. Testis liqui- dem deponens extra articulum nõ probat illud, quod est extra, c. de testibus & ibi glo. verbo *non iurati*, vbi Hostiens. nu. 2. Areti. nu. 6. Bel- lamer. nu. 9. vers. *aut super non celebra- ventibus*. Felin. nu. 2. extra de testib. glo. per illum tex. in l. si duo patro- ni P. idem Iulianus in si. verbo *pro- bant* & ibi Bart. nu. 7. Odofred. nu. 1. post med. vers. *item nota*. Alberi. nu. 8. in si. vers. *unum aliud colligit*, Angel. nu. 2. Paul. nu. 14. & Iaf. nu. 26 D. de iur. iur. idem Bar. in l. l. P. Antoninus. D. de quæstio. Gramm. conf. 3. n. 9. Meno. conf. 60. n. 6. cõf. 67. n. 27. li. 1. Iaco. de Arena in l. mo- mentaneæ in prin. vers. *aut deponit super aliare*, Et ibi Alberi. n. 5. C. qui legitima. person. Alex. in l. 1. post nu. 12. vbi Roma. n. 27. Iaf. n. 44. Ripa. n. 22. Cagno. n. 75. D. si cert. peta. Alberi. in l. si quis libertatem. n. 5. iuncto n. 6. & ibi Roma. n. 3. vers. vnde semper. D. de petitio. hæred. Specul. in tit. de test. P. 1. nu. 62. Ber- trand. conf. 8. nu. 4. conf. 15. nu. 8. & conf. 75. n. 3. li. 1. & conf. 9. n. 6. lib. 2. Beroi. conf. 124. n. 24. li. 1. & conf. 95. n. 1. & conf. 99. n. 5. lib. 3. Natta conf.

96.nu. 7. lib. 1. alios refert cōsulent. Monticell. in repert. test. rub. impugnatur testis & Conradus in prax. par. 1. de offic. prætor. in caus. ciuil. rub. de capitulis. n. 17. fol. mihi 62. & rub. de testib. in prin. n. 12. fol. mihi. 69. Mascar. de probatio. cōcl. 1365. nu. 1. & nouissime Horten. Caual. in pract. de testib. par. 5. nu. 132.

4 Quod ita intelligo, ne contemnere videar id, quod mihi potest esse proficuum, quod testes pro mea parte producti eo tunc, qui dicunt de numero dierum excessiuo, licet in quantum excedunt numerum verum, non mereantur fidem, quia deposuerunt contra id, quod in rei veritate cōtingit, & extra id, quod volunt positiones super hoc ordinata, attamen in quantum in suo numero excessiuo continetur numerus dierū verus, cum ibi steterim per quinq. vel sex dies, merentur, quantum ad hoc, fidem, tum quia in maiori summa inest minor, vt haberetur in l. diem proferre in P. si plures D. de recep. arbitr. vbi glo. verbo *consenserunt* plures concordantes citat, quam regulam procedere etiam in incorporalibus, sicuti in diebus, & in tempore, ac in testibus aduertit post Alex. Alciat. Burr. & Afflict. ac Corne. Gaspar Caballinus milleloq. 245. n. 5. Tum etiam quia vtile per inutile non vitriatur cap. vtile. de reg. iur. in 6. & l. si seruus. in P. si seruus. D. de leg. 1. Maxime quando versamur in separabilibus, & diuisibilibus, quemad-

modum sunt dies, qui distinguuntur per suas noctes; de qua regul. Caballin. plures cittans. milleloq. 162. & milleq. 246. per tot. Tum & ultimo quia receptum est, vt si testis deponeret falsum, quantumuis extra articulum, non vitiat, quod deponit intra articulum, ea sane manifesta ratione, quia quod dicit extra articulum, dicit non iuratus, quia super articulo minutatim interrogatur, super eo tantum iurauit dicere veritatem. Ac ideo dicere solent ordinarie testes, contenta in articulo esse vera, quia putant ad contenta esse adstrictos, hanc doctrinam posuit Bald. in d. P. idem Iulianus col. 1. vers. *quid si testis super articulo*, & ibi Iason. n. 29. sequuntur Alex. Siat. in pract. iudicia. c. 16. nu. 116. & multi alij, quos cōgerit Fran. Viui. in commun. opinio. verbo *testis falsum testimonium deponens* vers. *limitatur dicta pragmatica*. Monticell. in repert. testi. rub. testis falsus super appendicibus. fol. 299. col. 1. versic. penult. Michael Grassus in commun. opinio. lib. 2. cap. 17. q. 11. vbi testatur de communi, & Personal. de adipiscen. poss. n. 130. in fi. Bertazzol. conf. 47. n. 5. lib. 1. Hypoly. Riminal. conf. 344. n. 29. lib. 3. & Gramma. conf. 31. n. 14.

5 Nec multum sunt culpandi testes, si qui fuerint, qui excefferint numerum dierum, quibus detentus sui, quia lapsi fuerunt, & effluxi multi menses plusquam triginta, & sic transactum fuit quasi triennium

an-

antequam deponerent, quo tempore facile potuerunt obliuisci iusti temporis, & sic est credendum, & presumendum ex præcepto l. merito. D. de probatio. Nam consueuerunt homines propter caducitatem humanam multo minori tempore obliuioni tradere, quæ videntur, vel audierunt. Et ultra ista, quæ rerum magistra docet experientia, habemus in iure receptissimum, quod vno anno, & duobus, & tribus, & quatuor formatur obliuio. Nam de decennio nullus est ita stupidus, qui dubitet, ad glo. in l. licet C. de acq. possess. infinitos fere allegat Titaq. de prescrip. P. 1. gl. 4. vers. *sed multo plures*, etiā in re graui, & magna Pedrocch. multos allegans conf. 13. n. 45. cū seqq. Quod autem quadriennio in testibus accedat obliuio, aduertit Mandel. conf. 231. n. 5. etiam in facto proprio maxime notabili, etiam iurato, notat idem Mandel. conf. 202. n. 2. & conf. 547. nu. 22. & quod inducatur quinquennio, & triennio, & vnico anno aduertit Achil. Pedrocch. aduertens procedere etiam in actu proprio, conf. 17. nu. 31. cum multis sequen. & in biennio tenuit consulens acutissimus Gramma. in suis criminal. conf. cōf. 41. col. 2. in versu. *Nam ad clarissimam excusationem*. nu. 4. & 5. & conf. 47. in causa honorabilium nu. 13. inquit, testem esse excusandum, si decurrant tres anni, cum infra tatum tempus possit induci obliuio, & nu. 15. inquit,

id de facili contingere, etiam in eo, quod quis fecit. Hoc consilium sequitur Ioan. Caphal. conf. 77. sub nu. 28. & multum vicine accedens ad nostros terminos aduertit Corne. conf. 261. num. 12. sub litera L. 6 vol. 4. dicens quod non est facile retinere interrogationē super negotio post lapsum alicuius notabilis temporis, & cursu duorum, vel trium annorum, imo etiam lapsu vnus anni, mensis, & diei obliuiscantur testes, & hac de causa excusentur, aduertunt idem Caphal. conf. 164. n. 5. vol. 2. Hypoly. Riminal. conf. 344. num. 73. cum seq. lib. 3. & Boss. in praxi. tit. de respons. a reo faciend. nu. 5. & Angel. de malef. verbo falsarij. nu. 1. Castr. conf. 204. lib. 2. Iaf. conf. 153. nu. 3. Sylua. conf. 7. n. 18. Iul. Clar. in prax. criminal. P. fin. q. 60. versu. & generaliter, Menoch. de recuper. rem. 5. n. 53. & conf. 98. n. 4. vol. 1. Becci. cōf. 78. n. 28. vol. 1. Tindar. de testib. p. 3. c. 5. n. 2. Monticel. in repert. test. pag. mihi 294. col. 2. Et ratio omnium est, quæ iam supra est tacta, quia memoria sæpe vacillat, & labitur, atq. cōcidit eam, quæ sensim fugaces dies & anni surrunt, & in flumen lapsus, id est obliuionis mergunt, vt eisdē verbis de memoria dixit Ioan. Petr. Bimus conf. 277. n. 47. vol. 3.

Excusandi ergo sunt testes, postquam adest obliuionis vitium naturale, ad quod ob triginta, & amplius mensum fluxum elapsum, potest, & debet testimonium, quod

F 2

fecerunt

fecerunt super excessu dierum ex capite suo referri, cōputando rēpus a die vltimę relationis, quod si cōputetur a die aliarum, multo plus temporis transactum fuit, & sic robustiori obliuionis defensione tuetur, vltra allegatos aduertit Bal. in l. p̄sbyteri n. 6. C. de episc. & cleri. Aretin. in c. per tuas. n. 8. vers. secūdo vero casu. extra de probatio. & Alciat. de p̄sumptio. reg. 2. p̄sumpti. 29. n. 3.

7

Quibus attentis iudex, cuius arbitrio hic casus est cōmissus, vt per Menoch. de arbitrar. c. ntu. prima casu. 26. nu. 2. poterit facile dictum excessum dierum referre ad errorem per obliuionem causatum; & non referre ad dolum, nec culpam latā eorundem testium, nec parris, quæ talem intentionem non habuit, vt deponerent extra numerum dierum, quibus reuera detentus fuit, vt pulcre aduertit Menoch. lib. 2. de arbitrijs cas. 108. n. 8. vbi enim quid ad errorem & obliuionem referri potest, non est, vt ad dolum, vel latam culpam referatur, vt benignius agatur ex reg. l. Arrianus. 46. D. de actio. & obligatio. ex tradit. per Bal. in d. l. p̄sbyteri, & in tracta. de testi. p. 2. n. 25. Nell. in eodem tracta. de testi. 2. p. n. 162. Buttig. in l. plagæ. 2. col. 1. & 2. C. ad leg. flauiam de plagia. Bal. in l. 2. P. quod obseruari in tertio notab. C. de iuram. calum. Marf. in l. 1. P. p̄terea. n. 13. D. de licat. Socin iun. conf. 7. n. 23. lib. 2. Paris. conf. 151. n. 29. lib. 4.

idem Marf. conf. 7. n. 25. & 26. Cephal. cōf. 230. n. 14. lib. 2. Hondedæ. conf. 105. n. 29. lib. 1. vbi testatur de communi.

8 Sequitur p̄terea, quod cessante dolo, & lata culpa, postquam po test referri ad errorem, & obliuionem, non posse pro leui, & leuissima (quando iste darentur culpæ, & per egregias p̄sumptiones non essent purgatę) formari extraordinaria pœna criminaliter procedendo; sed tantum posset ciuilitate agi ad damni resarcitionem, vbi aliquod esset datum ex l. qui ædes. D. de incend. ruin. naufrag. aduertit Cyn. in l. si quis non dicam. ad fi. ve. si leuissima C. de episc. & cler. Bal. in l. data opera n. 5. 6. & 7. C. de his, qui accus. non poss. Dec. in c. 2. nu. 12. & 13. in prima lect. & in 2. lectura. n. 5. ad fin. extra de constitut. & Bofsi. in praxi tit. quomodo procedatur per actionem in delict. n. 37. qui testatur de communi, eum refert Iul. Clar. in praxi. P. homicidium. Versi. culpa dicitur, concurrunt Cœpol. conf. crim. 41. n. 9. Augustin. ad Angel. de malef. in verbo scienter & dolose. n. 15. Angel. in eod. tracta. verbo incendiario. n. 5. & n. 6. Berthac. in reperto. verbo culpa leuissima. nu. 18. Marant. in specu. p. 4. in prin. nu. 89. Mascard. de probatio. concl. 470. n. 3. & 4.

9 Insuper est considerandum pro iustissima defensione quod testiū deponentium circa dictas positiones, in quibus non p̄fixi dies, quinq.

quinq. ex illis & ex ministris curię & familiaribus deposuerunt secundum contenta in articulis, dicendo moram ibi fecisse aliquibus diebus de visu contestes, & asserūt ibi detētum fuisse per tres vel quatuor dies, & sic re vera deponunt de minori tempore, quam ibi adfuerim, quia feci morā per quinq. vel sex dies, non autem per octo, de quibus deponunt alij. Sicq. omnes fuerunt obliuionis telo percussi, & pars producens nulla fuit in culpa, nec in dolo, quod si intentionis suę fuisset ponere & articulare de maiori dierum numero, & sic sibi fuisset expediens, & vtile articulare, & ponere, clarum est, vel saltem multum verosimile, quod id p̄optius dixissent dicti 5. testes famuli, & domestici, ac ministri sui, ac suorum amicorum, & ipsimet amici, & cogniti, quam alij, qui minus videntur retinuisse tempus, quam dicti amici, & domestici; Et cū reuera illi errauerunt, in minori numero, quā ibi fuerim, in mei p̄iudicium, adscribendum est errori, & obliuioni dictorum omnium testium, potius quam eorundem, vel defendentis malitię, dolo, vel fraudi.

10 Tum vel maxime hoc est considerandum in dictis testibus in numero excedentibus, quādo quidē ferebant ægre, vt de hora in horam protelarem tempus recessus ab illo loco, & aduentus in hanc ciuitatem; & cum me expectarent ob sui

curialitatem, & vrbaneitatem, ardentemq. desiderarent in hanc peruenire ciuitatem propter suū magnum interesse, videbātur sibi dies pauci, multi; nō multi, pauci, vt visū fuerunt amanti Rachaëlem; Imo cuilibet eorum dies vnus, annus representabatur iux. illud Horatij.

Ve nox longa, quibus mentitur amica, diesque

Longa videtur opus debentibus: ut piger annus

Pupillis, quos dura premit custodia matrum.

Huiusmodi igitur p̄sumptio cū p̄cedente p̄sumptione obliuionis potentissima est ad euellendam quācumq. sinistram suspitionem, quæ in contrarium posset esse contra eosdem testes, vt in simili notat eleganter Hippoly. Marf. conf. 8. num. 6. maxime attēta qualitate personarum, tam defendentis, de qua late in secunda parte capituli primi allegationum, & huius responsi, quam etiam eorundem testium, qua attēta promptum est, vt vna vrgentior p̄sumptio, p̄cipue vel naturalis, vel verosimilis, tollat alias p̄sumptiones accidētarias, & minus potentes ex traditis per Cuma. conf. 135. col. 2. per Marf. in praxi P. constanter nu. 17. Brun. in tracta. de indit. p. 1. in questione princip. & Gram. conf. 37. in fi. Bart. in l. Diuus, per illum tex. nu. 3. D. de in integr. rest. gl. in can. fer-

rum 50. dist. Rolan. a Vall. conf. 16. nu. 25. & 26. vol. 1. & Martha. Vuesembeck. conf. 51. n. 61. vol. 2.

11 Inuat etiam, quia omnes testes producti per me de facili possunt reduci ad cōcordiam, & omnis falsitatis præsumptio potest facile superari, attendendo quod concordent in facto principali, videlicet quod ibi detentus fui aliquibus diebus, & quamuis in computando, & referendo tempus, sicq. in circumstantijs facti discordent, nō propterea dicuntur, nec singulares glo. in c. dudum verbo substantia extra de cōuentione coniug. gl. in c. cum ecclesia Sutrina, verbo vacillasse, extra de caus. poss. & propr. Bar. in l. eos D. de fals. Bal. in rub. si de inuestitura feudi controuersia fuerit. nu. 2. in v. lib. feud. rit. 3. & in l. de quib. vers. dictum est de singularitate. D. de legib. & in l. testium C. de testib. Alexand. conf. 53. nu. 4. vol. 1. Dec. in l. 2. P. creditum. n. 7. D. si cert. petat. & conf. 100. nu. 4. Specul. in titul. de testib. P. 1. vers. item quod aliquid de suo. n. 87. Nec dici possunt non contestes, quamuis diuersimode de tempore dicant, dummodo ad instans non se adstringant, vt ait Specul. d. nu. 87. Ac ideo Ruin. conf. 1. num. 5. vol. 3. dicebat nihil interesse, quod vnus testis plus dicat altero in circumstantijs. Nam ex eo non dicuntur contrarij ex c. 1. iuncta glo. de offic. de leg. præcipue quando actus est durabilis, & habet tractum, exempla

ponūt Bellamer. decif. 257. & Ioan. Egid. de reprob. testi. num. 31. in fi. vel quando actus est continuabilis, quod idem est, aduertit Nell. de testib. num. 214. & num. 230. per glo. in l. ob carmen. D. de testib. reducuntur enim, vt diximus, facile ad concordiam, vt alij referantur ad principium, & alij vel ad medium, vel finem, vt secundum subiectam materiam melius arbitrabitur iudex, qui magis hoc scire debet vulgata reg. l. 3. vers. tu magis. D. de testi. vt in multis docet Ioan. Campeg. de testib. reg. 230. vers. 6. & fin. & Bart. in d. P. creditum & dicit notabiliter Bartol. in l. 2. P. creditum. numer. 6. D. si cert. petat. vbi in istis actibus successiuis mirabile consiliandi testes modum adfert.

12 Et reuera quando agitur de probando aliquo actu in genere, vt si ego steterim ibi, vel non, aliquibus diebus, hoc quidem est genus, non nocet diuersitas testium in tempore, vt innuit Bart. in d. l. ob carmen, & in hæresi, & in iurisdictione, & in possessione idem affirmat Curt. in tracta. de testib. concl. 37. Sufficit namque quod vna sit veritas, inter oēs, licet diuersimode percepta, vt ait Tindar. in tracta. de testib. c. & ista quæst. num. 3. Alex. in d. l. ob carmen P. 1. & conf. 105. num. 22. li. 4. conf. 88. num. 17. vol. 5. & Paris. consil. 13. numer. 1. volu. 3. omnes si quidem hanc agnouerunt veritatem, quod ibi steterim, sed diuersimode

simode perceperunt veritatem, alijs deponentibus de tribus, vel quatuor, alijs de octo; & licet verius sit, quod steterim per quinq. vel sex, quod causante obliuione nescitur. Cæterum iudicando secundum rei veritatem processaliter & secundum communem intellectum licetitas in P. veritas. D. de offic. præsid. conuenit enim iudicem ex fide eorum, quæ probatur, instrui, id est certissimū, quod omnes probāt, de tribus, vel quatuor diebus iuxta regulam antea a me citatam in vers. quod ita inteligo parum post princip. huius partis, quam dixi ex Caballi. locū habere in testibus, scilicet in maiori summa inesse minorem. Et ita omnes concordarunt tā in facto principali, quam in numero dierum, quibus ibi contraxi moram.

13 Conclusio igitur est manifesta, quantum ad hanc partem, quod & si dicti testes discordent in circumstantia temporis, parum refert, & totum id, in quo excedunt aliqui eorum, vel est iudicandum superfluum, & inutile, ita vt non noceat vero, & vtili, & ad euitandum delictum & omnem suspicionem, referendum est potius ad errorem causatum iniquitate obliuionis, quam ad dolum, culpam vel malitiā. Quid quod etiam si testes discordassent in principali, postquam discordia est modica, & conciliabi-

14 in l. in insulam. P. fructus. numer. 5. solut. matri. & conf. 24. nu. 43. vol. 1. 2. & conf. 122. num. 10. vol. 7. Grammat. conf. 50. num. 30. & conf. 36. num. 4. in civil. idem conf. crimin. 19. numer. 6. & 7. & conf. 47. nu. 8. & 9. & Carol. Ruin. conf. 19. num. 13. vol. 4. & conf. 149. num. 3. vol. 5. Et præcipue cum deposuerint in negotio alieno, in quo facilis contingere potuit obliuio, & variatio temporis ad l. vltim. D. pro suo. Cumque ego censear, & dicar, eos tantum produxisse in quantum mihi suffragantur, attentis contentis in articulo, & virtute illius ex Crauet. conf. 601. num. 7. & de antiquit. tempor. in sexta particula. num. 30. Grammat. conf. 77. numer. 12. & Paris. conf. 88. numer. 84. lib. 3. Ideo in isto casu obliuio, quem merito fecit arbitrarium Menoch. d. cas. 108. numer. 8. Sacrum Regium Consilium Supremum, cum de his formiter tūc fuerit per fiscum cū supplicatione oppositum, duxit me absoluendum, cuius sententia nulla ratione videtur rescindenda, cū fuerit legitime, præcenti examine lata Capic. deci. 25. n. 3. & Bursat. conf. 307. num. 40. & 330. numer. 121. adeo vt ex capite iniusticiæ non possit impugnari, quando dici posset iniusta, quod constanter negatur, nec de nullitate argui, vt refert Barthol. Berrazzol. conf. 506. in fi. præsertim ex eo, quod tollit omnem difficultatem: quia meæ positiones,

tiones, & articuli, de quibus nunc agitur, fuerunt per fiscum negati, & impugnati; per consequens non est iustum, nec æquitati consonum, quod nunc se in illis fundet, vel in tacita confessione resultanti ex illorum productione Boëti. deci. 252. post. num. 4. Aym. Crauet. de antiq. temp. par. 1. sectio. viso de verbis enuntiatiuis, an probent. nu. 51. Gabriel tit. de confess. concl. 4. nu. 28. & seq. lib. 1. & iuuat, quia, qui vult tacitam confessionem recipere pro se, debet eam æquo animo recipere quoque cōtra se Rot. de restit. spoliat. deci. 17. alias. 408. in nouis. & in terminis confessionis resultantis ex productis positionibus, est alia decisio. 42. alias. 310. in antiq. Et tamē omnis pœna est exacta, & ad nihil aliud remanet obligatio. Nam habemus in hac patria constitutionem inuictissimi Caroli Imper. in quarta curia Montiffoni. anni. 1542. c. 13. tit. de crim. de fals. in qua ministranti scienter testes falsos in causa criminali inuiguitur illa pœna, quam mereretur dicitur ministrans, si cōtra eum probatum crimen fuisset, & verum foret, qua stante

constitutione, que pœnam particularem imponit, cessant omnes alie pœne. l. Cornelie. d. falsis; seu alia à iure communi, seu patriæ impositæ argum. l. sanctio legum. D. de pœnis, & hinc inclinatur Nauar. in tract. de lege pœnali. super c. fraternitatis 12. q. 2. n. 42. & 46. cum seqq. cuius fragmentum extat post concilia dicti Nauar. ad dicendum legem pœnalem non obligare ad pœnam mortalem, seu peccatum, quod generaliter incurritur per transgressionem legis, cum illa pœnam inducat speciale, & late per Vasquiū controuert. illust. lib. 1. c. 29. n. 6. & 7. vbi pulcherrime id confirmat, licet quidam alij scripserint cōtrarium, quod nō est huius loci definite, & cum damnatum, quod ex maiori numero dierum testium poruit euenire per depositum fuit resarcitū: ergo quolibet pœna debet cessare casu, quo id nunc denuo possit cognosci, quod ex infra dicendis negatur, & casu, quo constaret prædictos testes falsum deposuisse, quod ex prædictis, & aliis negatur.

CAP.

CAP. III. QVO LATE DISCVTITVR debitor, quando dicatur morosus, ut in pœnam incidat, & data & commissa mora, an & quando sit locus purgationi illius, ut pœna euitetur, & an quis se ipsum exequi teneatur.

S V M M A R I V M.

- 1 ARGUMENTUM totius allegationis & defensionis circa istam secundam partem. n. 1.
- 2 Que competūt ipso iure, adhuc exigūt, ut a paribus petantur, ut in compensatione, legitima, eius supplemento, & alijs multis demonstratur. n. 2.
- 3 Centum & septem casus, qui sustinentur parte non opponente & petente, qui alias non sustinerentur, remissive iraduntur eod. n.
- 3 Creditor, vbi ipse & debitor sunt diuersi fori, tenetur accedere ad domum debitoris ad exigendum debitum. n. 3.
- 4 Ampliatur etiam si creditor sit priuilegiatus, ut quia esset dominus directus. n. 4.
- 5 Senatores Regij consilij non subsunt ordinarijs, sed solum recognoscunt dominum Regem & Locum tenentem. d. n. 4.
- 5 Debitor non tenetur interpellare creditorem, neque monere, ut petat, nec cogere, ut agat: imo debitor est prius monendus, quam iudicialiter conueniendus. n. 5.
- 6 Creditore absente, nec inuento, cui solvatur, debitor non soluens non dicitur esse in mora. n. 6.
- 7 Unus non potest regulariter plurium personarum vices sustinere, maxime iudicis, actoris, ac rei. n. 7.
- 8 Index in causa propria nemo est, neque actiue, neque passiuæ, cum actio & passio simul non concurrant in eodē subiecto. n. 8.
- 9 Debitum illiquidum, cum exequi non possit, excusat debitorem a mora. n. 9.
- 10 Mora in liquidandis non cōtrahitur. eod. n.
- 10 Inceritudo vitiat dispositionem, & benigne, agit vbi suspēdit, quo ad certificetur. n. 10.
- 11 Debitor in diem, vel sub conditione non est proprie talis. n. 11.
- 12 Debitori numquam censetur abdicata illiquidationis exceptio, habetur remissive. n. eod.
- 12 Terminus, qui arctat iudicem, non adstringit reum, nec eum constituit in culpa. n. 12.
- 13 Interpellatio ut plurimum non fit à reo iudici, sed ab actore. n. eod.
- 13 Debitor, ut dicatur morosus, est interpellandus primum, etiam si a lege ad aliquid sub pœna esset adstrictus. n. 13.
- 14 Mora nulla contrahitur, vbi nulla

- præcedit petitio, maximo ubi debitum est illiquidum. n. eod.*
- 14 *Mora, ut dicatur commissa inter multa postulat dolum, vel saltem culpam, quæ dolo æquetur. n. 14.*
- 15 *Indefensus nemo est exequendus. nu. 15.*
- 16 *Defensio, & legitima exceptio nullo iure, nec diuino, nec canonico, nec patriæ nostræ alicui potest denegari: quia nec diabolo negaretur, si litigaret eod. n. & n. 16.*
- 17 *Mora non contrahitur, ubi quis est iustus exceptione. n. 17.*
- 18 *Mora, re integra existente, & quodlibet vitium potest purgari. n. 18.*
- 19 *Mora in criminalibus admittitur purgatio, etiam quo ad pœnam non adhuc commissam, præsertim in extraordinarijs criminibus, & multo magis, ubi negotium redigitur ad ciuilitatem. n. 19.*
- 20 *Debitor etiam ex maleficio potest purgare moram, etiam ubi præfixus est terminus, præsertim si non sibi, sed iudici præfigatur, maxime ubi id, quod in locum pœnæ succedit, est illiquidum. n. 20.*
- 21 *Mora debet nocere negligenti, & non alteri, maxime ubi diligens est, cum mora sua cuique noceat, & non alteri. nu. 21.*
- 22 *Mora de equitate canonica, in isto præsertim Principatu, semper, etiam ubi adest iuramentum, dies, & pœna, purgatur. n. 22. & 23.*
- 23 *Depositum est remedium naturale ad liberandos debitores. d. n. 23.*
- 4 *Dies, & pœna adiecta moræ purgatur.*
- num. 24.
- Ecclesiasticus emphyteuta post biennium celeriter moram purgare potest, idem in priuato dicendum est. eod. n. 24.*
- 25 *Expenditur pro mora purgatione tex. in l. cisi post tres. 8. D. si quis cautionib. nu. 25.*
- 26 *Adducitur pro hac sententia, & declaratur tex. in l. Lucius Titius 48. cum seq. D. de actio. empt. n. 26.*
- 27 *Argumentum à contrario sensu in iure fortissimum est. n. 27.*
- 28 *Afferitur, & declaratur pro dicta sententia l. maxcipiorum. 6. D. de optio. legati. n. 28.*
- 29 *Verbum, quandoque, idem quod, quandoque, significare solet. n. 29.*
- 30 *Validum est argumentum de contrariis ad ultimas voluntates, & e. contra. n. 30.*
- 31 *Inducitur tex. in l. qui Romæ. 122. P. Flavius Hermes. D. de verb. oblig. num. 31.*
- 32 *Expenditur sexto tex. in l. si ita quis. 135. P. Scia canit. D. de verb. oblig. nu. 32.*
- 33 *Propositur, & exploditur Bart. intellectus ad dictam. l. n. 33.*
- 34 *Urget pro hac sententia, & declaratur tex. in l. sancimus. 27. C. de fideiussoribus. n. 34.*
- 35 *Traditur, & carpitur Baldi responsum ad dictam l. sancimus. n. 35.*
- 36 *Inducuntur ultimo, & explicantur l. commissorie. 4. C. de pact. inter empt. & l. Emilius Largianus. 39. D. de minoribus. n. 36.*

CAP. III.



1

VM Regia sententia in supremo Aragonum consilio lata fuerim absolutus ab omni pœna, etiã suspensionis ad modicum tempus, cum nullus fuerit in me inuērus dolus, restitutione tantũ reseruata quantitatũ per Alcatirium regium incõsultò receptatum, (vt asseritur) pro vt liquidatum fuerit per admodũ Reuerendũ Cancellarium Regium infra duos menses. Cumque dicta regia sententia per me præfato admodum Reuerendo regio Cancellario, (vt illam exequeretur,) præsentata extiterit; vt presentationis instrumẽto cõstat, apud Michaelem Ioannẽ Amat regium Scribã mandati. Et sic fecerim debitã diligentiam; ac nullas cõparuerit coram præfato Reuerẽdo Cancellario, aliquarum quantitatũ petens restitutionem, & liquidationem nullus instauerit; est dicẽdũ in cõsequens me non teneri de sententiã nõ exequuta, cũ per me nõ steterit, quod euidentius multiplicibus constabit rationibus, quæ ordinatim sequuntur.

2

Primo quia, quæ competant alicui, etiam si ipso iure debeantur, ita demum cõpetere dicuntur, si a parte petantur, idem videmus in compensatione ex l. fin. C. de compens. iuncto P. in bonæ fidei & ibi glo. ipso iure ubi DD. institut. de actio. idem experimur in legitima, & in

eius supplemento ex l. scimus C. de inofi. test. ubi glo. & Barr. cum reliquis communibus. Idẽ attestatur in falcidia ex l. linea margaritarũ D. ad leg. falcid. iuncta l. patrem. D. quæ in fraud. cred. ita affirmat Bal. in l. i. C. ad leg. falcid. Idem demũ multis omissis affirmamus de actionibus fideicommissarijs competentibus, quæ ita demum transeunt in fideicommissarium, si ipse voluerit ex l. 1. P. i. in fin. & P. sed & quoties iuncta l. cogi. in P. Martianus. D. ad Senat. cons. Trebell. & generalem in his regulam constituunt Fran. Rip. in l. 4. P. hoc autẽ iudicium. nu. 8. D. de dam. infect. & phares relati per Andræ. Tiraquel. in l. si vnquam, verbo reuertatur. num. 14. 15. & 16. C. reuoc. donat. Qui miro ordine a num. 266. vsque ad fin. dictæ glo. prosequitur centum & quatuor discrimina inter ea, quæ competunt ipso iure, & ea, quæ spectant sententiã, quorum multa cõducunt in proposito. Multa alia in prædictorum illustracionem missa facio breuitatis causa, quæ mutuari possunt a Bartholomeo Chassan. in consuet. Burgund. 13. P. 8. n. 4. & duobus sequent. Caraita rit. 16. num. 5. Rebuf. ad leges regias in tract. de lit. dilat. an. & quinquen. art. 1. glo. 1. num. 52. Surd. decif. 57. Marfil. in l. vnus. P. cognitutum. n. 1. cũ multis sequẽtr. D. de quæstio. Mier. collat. 4. fol. 56. numer. 44. Cacheran. decif. pedemõr. 29. n. 12. Benedi. in c. Raynũt.

verbo in eodem testamento. 1. nu. 87. cum sequentibus. & num. 98. & num. 100. Lancellor. omnino videndus in reg. canonica incip. non decipi. fol. mihi. 185. idem Benedict. in in q. de Episcopatu num. 60. 61 & 62. & est gl. ordinaria in l. filio preterito. 17. D. de iniust. rup. In cuius admirabilem exornationem sunt aduertendi centum & septem casus, in quibus si pars non opponat, nec petat, actus sustinentur, qui alias non subsisterent, quos congerit immenso labore Hieronym. Portoles. in Schol. ad Molin. verbo Rex a nu. 85. ad num. 233. & nouissime doctissimus Steph. Gratia. decis. 4. per tot. qui omnino est videndus.

- 3 Secundo quia regulariter quando debitor, & creditor sunt diuersi fori, cessante pacto & lege contractus, tenetur creditor accedere ad debitorem, seu eius domum, & ibi suum exigere debitum, nec tenetur debitor vltro adferre, seu mittere in domum creditoris est glo. ordinaria verbo non venit vbi communes in l. item illa D. de const. pecun. aduertit Petr. Pecchi, in tracta. 4 de iur. sist. cap. 9. num. 2. Quod procedit, etiam si creditor sit priuilegiatus, vt quia est dominus directus, & debetur illi pensio ab emphyteuta, quando quidem adhuc dominus & creditor pensionis, si diuersi sint fori, tenentur eoque animo ire ad domum emphyteute debitoris pro exigenda debita pensione, vt post

Bart. in d. litē illa. Alberi. Ias. Ruin. Cagno. Abbat. & Immol. resoluit Vincent. Caro. de obla. p. 2. q. 5. n. 2. vbi nu. 1. refert se ipsum ad tracta. de locat. & cōduc. Procedit etiam vbi debitor factus, seu negligentia creditoris, vel alio simili modo impeditus esset soluere, quemadmodum in presenti impeditus fui, obstante incertitudine, & liquidatione debiti, quo casu, neque aliqua vti cautela tenetur debitor, si non vult, vt in debito pensionum priuilegiato post Ror. Roma. & alios multos copiose resoluit Quintilia. Mandolius. de signata. grat. verbo pensiones verbi. quarto destinata, quem & Rip. & Rube. refert Caroci. vbi supra q. 4. ad fi. Atqui expensae veniunt restituendae his, qui sunt diuersi fori a me, tum quia viuunt extra presentem ciuitatem, tum etiam quia Senatores, & magnifici Regij Concilij doctores, sunt exempti a foro Ordinariorum, tam in ciuilibus, quam criminalibus, & solius Regis & domini nostri, eiusque Locumtenentis generalis cognitioni, & correctioni subiiciuntur, vt omissis multis satis bene aduertit Micha. Ferrer eiusdem Regij Concilij olim Senator obser. 302. Igitur non petentibus dictis creditoribus, nec instantibus liquidationem nullatenus tenebat illiquidam, & non petita soluere.

- 5 Tertio, nam non tenebar interpellare praetores creditores, neque monere, vt peterent, quos cogere

gere non poteram ad agendum. Creditor siquidem ad petitionem debiti minime potest iure vrgeri l. creditor. 20. C. de pign. & hypoth. l. fin. de vsur. pupil. & probat rex. in l. 1. & toto tit. C. vt nemo inuit. agere cogat. Imo e contra debet creditor, ex bono, & honesto debitorē interpellare, vt debitū sibi soluat, quantumuis clarum l. quidam Iberus. D. de seruit. urban. praedio. l. debitores. 10. C. de pigno. vbi debitores prius denuntiationibus conueniendos esse de vrbantate, statuerunt Diocleianus & Maximianus Imperator. & quod semper in exigendis debitis precedere debeat admonitio, aduertit gl. verbo non protinus in l. si manumissor. versic. nam si qua tibi C. de obseq. patron. praestan, et per iura praedicta aduertit Vincent. Caroscius in tract. de oblat. par. 1. q. 5. n. fin.

- 6 Quarto, quia absente creditore non potest dici debitor morosus, si non soluat non apparente, cui sit soluendum, cum enim per debitorem non stet, iniquum esset sibi culpam adscribere. Vniuersam hanc propositionem probat insignis tex. in l. arbiter Calendis. 45. D. de recep. arbi. quem tex. corrupte allegat Andre. Tiraq. plures congerens in ornatu huius sententiae de retract. lignagier. P. 15. gl. 2. nu. 10. Et sic fuit decisum in Rota Genuensi, vt refertur in decis. 89. nu. 4. & 6. quod multis ornat, & illustrat Medocius loco vbi supra in secundo funda-

mento, & sequitur Alexan. consil. 172. n. 2. vol. 2.

- 7 Quinto, nam non debui, nec potui vna & simul partes actoris, seu instantis, qui nullus adfuit, rei, & debitoris, pro vt talis esse existimabar, & iudicis in iudicio sustinere: hoc enim fuisset contra iura multa, signanter contra tex. in c. 1. & 2. 4. q. 4. & in c. singula. distinct. 88. & in c. insuper extra de restit. & in l. si plures. 10. D. de pact. in illis verbis. Nam difficile est, imo impossibile, vt aduertit ibi gl. in multis casibus, vt vnus homo duorum vicem sustineat. Aduertit Damasus de Brocar. n. 41. vbi testatur in causis iurisdictionis contentiosae non posse, quem plurium vices exercere. Ideo non potui instare vt actor, nec vt iudex liquidationem simul facere. Quinimo actor, si quis sit (quod non est, nec esse potest) debuit comparere, & liquidationem instare, & paratum se ostendere ad recipiendum, quod sibi liquidum deberetur Dec. in l. vinum. nu. 10. versic. item quod dictum. D. si cert. peta.

- 8 Sexto, iuuat quia sicut non potui in mea causa ius dicere toto tit. C. ne quis in sua causa; ita e contra non debui aduersus me iudicium, vel executionem exercere, & partis instantiam supplere: tum quia contrariorum eadem est disciplina in principi. instit. de ijs, qui sunt iui. & l. 1. D. illo titulo. tum ne in vno tubiecto desiderentur actio simul, &

passio contra l. Vrannius. 72. D. de fideiuss. Tum & ultimo quia inter agentem, & patientem, vt vulgus obseruat, dari debet discretio, ex c. fin. extra de institut. cum simil. que inter dantem, & recipientem, baptizarum, & baptizantem & alios multos passim ponderant scribentes.

9 Septimo mouet, quod personæ, quibus dandæ & reficiendæ erant expensæ pretense, & quantum cuique refarciendum foret, non constat, nec cõstatæ potest, & sic numquam fuit, nec adhuc est liquidatum, eratque prius liquidandum per dictum admodum Reuer. Regium Cancellariũ, & re vera, quod illiquidum fuit, exequi nõ potuit, nec solui obstante incertitudinis impedimento, vt animaduertunt Bart. & communes in princ. l. 1. D. de eden. & in l. proinde. D. ad leg. Aquil. Bal. in l. 2. C. de except. rei iud. ijdem Bart. & Bal. nu. 4. & recentiores in l. 1. D. de leg. 2. quos citat Ioannes Bapt. Azinius. in tracta. de executio. P. 2. c. 14. num. 1. Quidquod, quantumuis debitum esset fiscale, non exqueretur adhuc ante liquidationem, et expurgationem, vt memorandus aduertit Anto. Olib. collega olim meus sub scripto de iure fisci. c. 15. nu. 3. Imo nec creditor tenebatur antea recipere, vt resoluit Anto. Gomez tom. 2. cõment. c. 10. nu. 5. vers. quod est verum. Ergo ante liquidationem iudicialem nullam contractui mo-

ram, vt subtiliter aduertit Bal. in l. acceptam. n. 11. oppos. 6. C. de vsur. vbi inquit in hæc verba. *in liquidandis non contrahi moram* idem aduertit Alex. conf. 49. n. 3. li. 2. Sozin. conf. 107. n. 2. vol. 1. & Matthæ. de Afflict. decis. 205. vbi testatur sic iudicari, & ibi late exornat Vrsillis.

10 Octauo, quippe incertitudo vitiat, vel saltem, quoad certificetur, suspendit dispositionem, sentit l. duo sunt Titij. D. de testam. tutel. probat l. cum post. P. gener a focero. D. de iure do. notatur communiter in l. triticum per illum tex. de verbo. oblig. nullamque quis incurrit pœnam, vbi incertitudo eũ excusat, vt aduertit Alexan. per illum tex. in l. si ita stipulatus. D. de verb. obligat. & in terminis, quod executio sententiæ incertæ, & illiquidæ non fiat, donec certificetur, habetur in l. 2. & ibi Bart. C. de sent. quæ sine certa quant. quem citat Azinius d. c. 14. nu. 2. post medium. Ergo, donec fuerit liquidata eadem condempnatio, non poterit argui in ea condempnatus.

11 Nonno, corroboratur eadem defensio. Nam debitor sub conditione, vel in diẽ, nõ est proprie talis, cum non competat illi proprie debitoris definitio, de qua in l. debitor. D. de verb. sign. videlicet vt ab eo inuito exigere debitũ posset, exemplũ ponitur in l. si ita scripsisset. D. de leg. 2. aduertit Alex. conf. 107. n. 7. vol. 5. Rota Genuens. decis. 156. n. 5. & Carolus d' Grassis in tract. de

except. except. 33. n. 2. Cũ ergo pretensum debitũ non possit considerari, vt purum, cum expectaret aduentum, & sic diem declarationis, & liquidationis per dictum admodum Reuer. Cancellariũ fide. Ideo, donec pendet, & est in fieri, nõ pot dici debitor condempnatus ad restitutionem, nec ab eo inuito quid exigere potest, cum numquã abdicatione censeatur sibi illiquidationis exceptio, vt infinitis prope docet Carolus de Grassis, in dict. excep. tracta. excep. 36.

12 Decimo, est cõsiderationis non modicæ, quod duorum mensum terminus in dicta suprema sententia præfixus non fuit directus reo, & sic per eum non poterat restringi, seu ampliari, sed fuit assignatus admodum Reuer. Cancellario sine appositione pœnæ vllius, si intra dictum terminum non declarasset, quem nõ tenebatur reus excitare, nec ipsum requirere, seu interpellare. Tunc enim legitime interpellatio dicitur fieri, quando interpellatus posset lædi, vt aduertit Bal. in l. si intra C. de non numer. pecun. Cumq. Regius Cancellarius per interpellationem nullum posset pati dånũ: quia nulla sibi imposta fuit pœna: ideo frustra fuisset interpellatus. Tum vel ex eo omitti potuit interpellatio à reo, quia proprie spectat ad actorem. A sæculo namque non est visum, quod reus interpellat iudicem, declaret contra se, nec præsumitur quis se, &

sua iactare l. cum de indebito D. de probatio. cum sit incertus omnibus animatibus a natura appetitus se, & sua cõseruandi, ac tuendi Cicero. 1. officiorum lib. 1. & communiter adnotatur in l. vt vim. D. de iust. & iur. Hocque est vsu receptum frequenter inter doctores, vt quando tractant de interpellatione facta iudici, dicant, si per actorem interpellatur, vt videre est apud Bar. in l. Titia. P. vsuras. D. de leg. 2. & in l. mora D. de vsur. Bald. in l. 4. P. magistratibus D. de magistris conuen. Abbat. in c. fin. extra de dol. & contum. & in c. penul. extra de iud. Alex. & reliqui in l. de pupillo. P. si quis ipsi. D. de oper. nou. nunt. Nihilominus, quamuis hæc ita se habeant, licet ad id non teneretur, pro maiori iustificatione dictam supremam sententiam admodum Reuerend. Cancellario præsentari.

13 Undecimo suffragatur. Nam debitor vbi non est interpellatus, si non soluat, nullam contrahit moram, & cõsequenter, nec culpam, licet aliquid dare, vel soluere promiserit, vt aduertunt glo. in l. ita stipulatus D. de verb. oblig. Alex. ibi. num. 21. & 27. & Paris. conf. 49. vol. 4. Hinc est, vt quamuis teneatur quis statuto, vel aliqua lege ad aliquid dandum, vel faciendum sub pœna, est opus interpellatione, vt pœnam dicatur incurrisse, vt aduertit Bart. in l. si duo. P. ait prætor D.

de const. pecun. Bal. in l. & si post tres, in prima lectur. n. 8. vers. & vlt. & in secunda lect. nu. 16. D. si quis cautio. Card. Zabarell. con. 55. dum reuerendus. col. 1. vers. primum scilicet, Aretin. conf. 72 col. vlt. Felin. in c. 1. vers. secundo intelligitur. nu. 21. extra de constit. & in c. 2. n. 4. & 5. extra de magistris. Ruin. conf. 100. numer. 4. lib. 5. Sozin. sen. conf. 133. col. 1. li. 1. Deci. in l. quod te lect. 3. num. 45. D. si cert. peta. Alciat. resp. 593. n. 2. in impressione Lugdunensi, Crauet. conf. 64. num. 1. quod intelligitur, vbi tempus non fuit assignatum, vt aduertit, & multis ornat Iacob. Menoch. de arbit. cal. 498. num. 46. Quæ omnia vnico verbo complectens Sæuola inquit, nullam moram intelligi, vbi petitio nulla præcedit l. nulla D. de reg. iur. quã multis illustrat Steph. Forcatul. in tracta. de mora p. 1. nu. 9. Et casu negato, quod fuissem interpellatus, adhuc iure non posset dici contracta mora propter incertitudinem & illiquidationem prætensi debiti, vt supra comprobaui- mus in septimo fundamēto. Quibus adde l. in fideicommissi. in princ. & ibi Bal. D. de vsur. quem, & alios multos citat Petr. Surd. conf. 38. nu. 13. & conf. 296. num. 4. lib. 2. vbi citat Sozinum in d. conf. 107. num. 2. vol. 1. & in decis. 260. nu. 15. Capic. decis. 12. nu. 5. & Alciat. resp. 512. ad fi. in dicta impressione, Lugdunenli.

14 Duodecimo iuuat, quando qui-

dem, vt mora dicatur commissa, requiruntur multa, signāter dolus, vel saltem, quæ illi æquiparatur, lata culpa d. l. quod te. & ibi Dec. in tertio notabili & n. 5. & nu. 42. Rip. nu. 15. & Alciat. nu. 11. Atqui in nostro casu nec dolus, nec lata culpa interfuere, quia non fui interpellatus, & in consequens, nec dolosus, nec culposus, seu morosus dici potui ex d. doctrina Bart. in l. si stipulatus. q. 6. D. de verb. oblig. per tex. in l. si pœnum. 24. D. quando dies legat. ced. Ergo nulla ratione tamquam carens dolo & culpa poterit dici morosus, vt tuentur Deci. conf. 2. nu. 3. versiculo nam quando & conf. 516. nu. 21. et Ruin. conf. 12. et Alex. confirmans hoc et præcedens fundamentum in conf. 132. n. 10. prope fi.

15 Nouissime iuuat omnia prædicta. Nam si non interpellatus, si nō liquidata prius quantitate, seu quantitatibus, et huiusmodi d. causa nemine instante compelleret aliquid præstare, profecto non præcedente legitima defensione, nec seruatis seruandis id contingeret, contra sacros canones, diuinā scripturam, et id, q. leges sacratissimæ disposuerunt, iniustum videlicet esse, homines indānatos puniri, vt habetur Ioannis. 7. & Act. Apostol. 16. c. vbi diuus Paulus inculcat eos, a quibus indānatus cæsus fuit publice, (inquit enim) *casos nos publice indānatos homines Romanos miserunt in carcerem, & nunc occulte nos eijciunt*

eijciunt & iterum c. 22. prope fin. ait, *Si hominem Romanum, & indānatum licuit vobis flagellare?* & demum c. 25. in hæc verba dicit. *Quia non est Romanis consuetudo, damnare aliquem hominem, priusquam is, qui accusatur præsentem habeat accusatores, locumq. defendendi accipiat ad obluenda crimina, quæ ei obijciuntur!* Præterea in c. inter quatuor extra de maiorit. & obed. totalis reseruat defensio, idem contingit in c. 1. de caus. poss. & propr. idem in can. nos in quenquam & in can. iudex. 2. q. 1. & in can. qui accusare, & in can. absens secundo 3. q. 9. & in clem. pastoralis. P. cæterum de re iudic. significatur, nec Imperatori licere tollere quidquid ad defensionem spectat, quod satis insinuat l. 1. D. d. requir. reis, & tex. in l. absentem. D. de pœn. quibus finitima est nostra constitutio, quæ præcipit neminem damnari posse, nisi prius debita defensio concedatur, quæ const. est. 3. sub tit. de pœnis corporalib. li. 9. quod glo. famosa confirmat in l. pactū inter hæredem, vbi lass. num. 11. D. de pact. terminum. que esse dandum ad defensionem omnimodam, innuit tex. in l. 3. P. si ad diem D. de re milit. aduertunt Anto. Gomez tom. 3. commenta. c. 17

16 tis in cons. vnico post consilia Butri. num. 21. & nu. 24. pulcrius omnibus quos viderim Rolan. a Vall. conf. 12. num. 18. & 43. cum multis sequenti. vol. 3. & hoc est, quod dici solet; nec demoni seu diabolo negari posse defensionem, vt aduertit Personal. q. 17. num. 6. & Hierony. Fianc. in l. nemo. 2. D. de reg. iur. fol. mihi 438. quinimo puniretur iudex non admittens defensiones, & exceptiones legitimas, vt assentit Azeued. l. 4. tit. 7. lib. 9. ad prin. & Bellug. profectitur in Speculo Princi. rub. 37. quam defensionem, licitam esse, etiam pro rebus tuendis, multis illustrat Achill. Pedroccha. conf. 36. nu. 334. cum seqq. & num. 339. Ergo nulla ratione venio affligendus, cum numquam ad certam & liquidatam quantitatem fuerim damnatus, nec fuerim auditus super iusta exceptione illiquidationis. Imo dico quod cum nullam contraxerim moram, nec aliqua, quantumuis leui, negligentia potuerim notari, imo Regiam sententiam præsentauerim, & executionem illius perierim, dupplici ex capite eram liberandus, tum quia feci plusquam debueram, & nemo est conquestus nec conqueritur, tū quia manifesta exceptio illiquidituetur, iuxta tex. in c. nō est in mora. de reg. iur. in 6. & in l. lecta vers. non enim D. si cert. peta. vt post Bart. Ioan. de Anania. Corn. Ludouic. & Cephal. & alios aduertit Achill. Pedroccha. conf. 1. num. 235.

H & af-

& assignat rationem. n. 236. Quod autē tutus exceptione aliqua nullam incurrat moram ex l. sciendū. D. de vsu. aduertit Steph. Forcat. in tracta. de mora p. r. num. 9.

18 Et casu quo tot, tantisq. rationibus & fundamentis nō essem munitus, & aliqua adhuc suspitione leui morę & retardationis potuifsem notari, quod nulla ratione est dicendum, tamen factō deposito quantitatis illiquidę, nemine petente nec petere valente, ad vberiore cautelam, tempore legitimo, re integra existente, & ante receptas confessiones in syndicato, non modo dicta minutula, & leuis mora, casu quo esset cōtracta, quod negatur, ex dictis & alijs, verum etiam quolibet aliud maius vitium remansisset purgatum. ex l. si soluturus. 39. D. de solutio. quę diligentia prodest ad euitandam pœnam inductam ab homine, vt resoluit doctē Salicet. in tracta. de mora. q. 2. princip. concl. 6. nu. 10. & q. 5. principal. num. 2. vbi etiam loquitur in criminalibus, & subtiliter distinguit, nam aut reus vult purgare moram, vt rei periculum euitet, & potest rem offerendo. l. parui D. de condic. furtiua. aut vt euitet pœnam, & tūc aut commissam vel committendam. Secundo casu potest purgare l. si cum exceptione in P. latis clemēter D. quod metus causa: hoc animaduertēdo, quod si delictum est ordinarium, difficilius admittitur purgatio mo-

raz, cū nō iuuet pœnitentia l. qui ea mente D. de furt. Si vero delictum sit extraordinarium, tunc intrepide admittitur purgatio l. 7. P. quod si fecerit. D. de publ. iud. Vnde cū in proposito fuerit factum depositum ante liquidationem, & per cōsequens simus in pœna non commissa, sed cōmittēda, & in extraordinario pœtenso crimine, vt facile colligitur ex l. annonam. D. de extraord. crim. quinimo facile posset defendi, verū nos in ciuilibus, cū suprema sententia fuerim declaratus dolo carere, & absolutus ab omni pœna etiam modici temporis, remanente solo interesse pecuniario partibus, si quod cōpetebat (quod hacrenus non fuit in iudiciū deductū, nec deduci potest, & nō entium & non apparentium eiusdem qualitates) actione ciuili persequendo. Ideo promptius est vt dicamus moram potuisse purgare. Et quamuis Alexan. cons. 24. incip. inspecto processu. numer. 7. ad fin. & numer. 8. vol. 4. quem refert Costā in remed. subsidiar. remed. 25. num. 13. dicat non posse moram purgari, vbi debitori. ex maleficio assignatur terminus, qui videtur in nostro casu assignatus? cum duo menses fuerint p̄fixi. Nihilominus duplici ex causa hoc dictum, nullius est considerationis: cum quia dicti duo menses non respiciunt personam defendentis, sed personam dicti admod. Reuer. Regij Cancellarij, vt supra in decimo funda-

fundamento diximus: tum quia dictum consilium Alex. est pernecessē intelligendum, quando id, quod erat soluturus reus intra terminum, erat liquidum; ante enim liquidationem, nec ipse debuit soluere, cum esset incertus, quid exequi, obstante exceptione liquidationis, ex abunde traditis supra in septimo & vndecimo fundamentis. Vt cumque sit vnum de duobus erit concludendum, vel quod mora & retardationis partium non instantium pro suo interesse totum adscribatur, ne mora earum nocet ad iustum semper parato, iuxta l. si tibi 10. D. de leg. 3. mora enim sua cuique, & non alteri est nociua c. mora. 25. de reg. iur. in sexto & facit altera regula. 41. eiusdem lib. & tit. quę habet, nihil esse imputandū eo, per quem non stetit, quo minus faceret id, ad quod tenebatur. Vel saltem de equitate canonica, quam in Principatu sequi tenemur, deficiētibz legibus patrię, ex c. 40. curię anni 1599. debui admitti, quidquid de iure ciuili sit, ad morę purgationem, vt aduertunt Bal. cons. 114. in fi. vol. 5. Alex. in l. si insulam fallent. 12. D. de verb. oblig. idem in l. si quis maior. C. de transact. & in cons. 30. & in alijs cons. eiusdem Alex. quem & Zannett. in tract. de different. inter ius can. & ciuil. differ. 55. numer. 91. & Marfil. & Rip. & Porti. & Alciat. & Franc. Marc. & Cephal. & Iul. Clar. & Bufat.

communem dicens allegat Hippoly. Bonacosa in tracta. de æquit. canon. concl. 9. quod maxime ipse recepit vbi nullus ex morę purgatione damnus patitur, & auget, ac ampliat etiam, vbi interpositum esset iuramentum. Quidquid id intrepide fuit receptū, dicta æquitate canonica attentata in hoc regio Senatu Cathalonie, etiam vbi dies fuisset adiecta, & pœna, vt post Cauca. Bertrand. & Ioan. Guertierr. aduertit nobilis quondam Ludoui. a Peguera decis. 69. nu. 4. 5. & 6. vol. 2. Facto igitur dicto deposito intrepide ab omni criminatione exemptus censendus sum, cū vsus fuerim abudātī cautela, quę, vt vulgō dicitur, non nocet. l. testamētum 16. C. de testam. p̄sertim, cum depositum remedium naturale dicatur ad liberandos debitorum, ex l. ob signatione C. de solutio. vt aduertit Carosc. de oblatio. p. 2. q. 25. num. 2. vel maxime ex eo cum terdecim fundamentis constet ante quantitatum p̄tensarum liquidationem & certitudinem ad nihil tentum, vel obnoxium fuisset.

24 His additur, quoniam, licet dies & pœna adiecta fuissent expresse in faciendo depositum (quod negatur) nihilominus d̄ iure adhuc esset morę purgationi locus, & hoc comprobatur & fulcitur octo auctoritatibus de iure tam ciuili, quā canonico, & primo per tex. in cap. potuit. 4. versu. nisi celeri. extra

de locat. & conduct. vbi Greger. nonus decretalis illius autor palā insinuat, Ecclesiasticū emphyteutam, qui a solutione canonis per biennium cessauit satisfactione celeri sibi consulere posse moram emendando, quo tamen casu diē, & pœnam esse negabit nemo. Neq. hoc eluere potest argumentum, qui respondere voluerit illum tex. loqui in Ecclesiā emphyteuta, quē speciale ius iuuat, vt æquitatis causa, moram possit purgare: secus autem esse in quouis alio priuato, cuius expiatio omnimodo est rejicienda, quo modo Alex. Imol. las. F. Rip. & repetentes in d. si. insulam. de verb. oblig. tenet Couarr. lib. 3. var. cap. 17. num. 4. Connan. lib. 7. commun. c. 12. num. 9. Grego. Lop. in l. 28. tit. 8. par. 5. Iul. Clar. lib. 3. recept. sentent. P. emphyteusis. quest. 8. nu. 15. Matth. de Afflic. decil. 17. 4. num. 4. communem tradit & resoluit Michael Grassus in disput. de mora quæst. 2. 4. 2. tom. commū. opin. lib. 11. pag. 29. col. 1. & neminem citans Ioan. Sap. de mora cap. 4. nu. 143. & nouissime multos referens Carrocus tract. de locat. 4. par. tit. de mora num. 31. & seq. Andr. Fachineus lib. 1. controuersia. iur. cap. 98. Hierony. Ceuallos pract. quæst. commun. cap. 14. ad fi. Quia longe verius est & in emphyteuta priuati, idem iure canonico esse admittendum per tex. qui expresse probat in c. propter sterilitatē. 3. P. vetum in fin. de locat. & cō-

duct. ibi vel cū canonem per biennium non soluisset, si sibi satisfactione celeri non prouidit, vbi ei, qui a priuato rem locatam habet ad breue tempus, permittitur moram emendare, ergo multo magis emphyteutę hoc concedendū est, cum maius ius habeat, ob idque res difficilius ab eo auocanda sit, vt resoluit Michael Grassus proxime citatus, Iul. Clar. in d. P. emphyteusis. quæst. 8. in fin. Præterea si Ecclesiā cōmoda sectemur, nonne magis præstat, nulla post diem audita excusatione emphyteutam fundi possessione iuste expelli? Rursus addo, cum de patrimonio Ecclesię, vel re temporali agitur, sacros canones Principum constitutionibus ad iuuari c. 1. de nou. oper. nun. iura autem ciuilia in fundo Ecclesiastico bienniū statuisse tex. in auth. qui rem. C. d. sac. sanct. Eccles. Iisdē igitur iuris regulis consistent Pontificia iura, quibus sane nō amplior terminus soluendi constitutus est, si ergo emphyteuta cessans in solutione canonis per biennium, celeri satisfactione post modum sibi consulere studuerit, post moram, modici temporis interuallum habebit, etiam cum dies & pœna cōtractui accessit.

²⁵ Secundo facit tex. pro corroboratione huius sententię, in l. & si post tres. 8. D. si quis cautio. vbi, inquit Caius, & si post tres aut quinque pluresue dies, quam iudicio. nisi se reus promisit, secū agendi

di potestatem fecerit, nec actoris ius ex mora deterius factū sit; cōsequens est dici defendi eum deberi exceptione. Ex quibus verbis clare constat die, & pœna etiam adiecta moram posse purgari, ponderando verba defendi, & exceptione.

²⁶ Facit tertio singulare Iul. Pauli responsū in l. Lucius Titius. 48. cum l. seq. D. de actio. empr. vbi ideo debitor qui ad diem sub pœna promisit teneretur, quia moram non emendauit vt ex illarum legū serie deducitur, quæ sic se habet. Lucius Titius accepta pecunia ad materias videndas sub pœna certa, ita vt si non integras præstiterit intra statuta tempora in pœna conueniatur: partim datis materijs decessit. Cum igitur testator in pœnā commiserit, neq. eius hæres reliquā materiam exhibuerit: an & in pœnam, & in vsuras conueniri possit, præsertim cum emptor mutuatus pecuniam vsuras grauissimas expēdit? Paulus respondit, ex cōtractu, de quo quæritur, etiam hæredem venditoris in pœnā conueniri posse: in actione quoq. exempto officio iudicis, post moram intercedentem, vsurarum præiurisdictionem haberi oportere. Hactenus Iul. Paulus. Ex cuius verbis, maxime ex illo versiculo, cum igitur, deducitur hanc

²⁷ sententiam, veram esse. Argumento sumpto a contrario sensu, quod in iure fortissimum est, l. r. P. huius rei. D. de off. eius, cui mand. est iurisd. l. si procuratorem. 8. P. si igno-

rançes. D. mandati. l. si quis loquples. 57. D. de manumis. testam. l. apud antiquos. 21. C. de furt. vtrobiq. ordinarij. Euerard. in top. legal. cap. 4. Socin. reg. 28. Bellon. li. 2. supputatio cap. 17. & 18. etiam ad legum correctionē sumēdum quoties lex, statutū, siue testatoris dispositio in sensu directo nihil operari possunt, auth. ex testamento, iuncta l. 1. C. de collat. auth. diacōnissam iuncta l. nullā 9. C. de epif. & clericis. l. inter socerum. 27. P. inter socerum D. de pact. dotal. iuncta l. dos a patre. 4. C. solut. matrim.

Cum ergo in d. vers. cum igitur Iulius Paulus exprimat ea ratione pœnam non committi, quia testatoris hæres reliquam materiam nō exhibuit, plane probat, quod si eam exhibuisset, liberaretur.

²⁸ Quarto fulcitur Sexti Pomponij auctoritate in l. mācipiorum. 6. D. de opt. legar. vbi cum mancipiorum electio legata esset, & ne venditio, quandoq. eligente legatario, interpellaretur, decreuisset prætor, actionem legatorum non competere, inquit Pomponius, quod si die præterito, sed antequam venderet hæres, vendicare legatarius velit, audietur, quia nō est damnū subiturus hæres, propter quod id decernere prætor solet. Ecce textū expressum, qui post diem (tempus, inquam, a prætore definitum) & pœnam (quia non eligendo legatario priuatur) moræ emendationem

29 admittit: vbi Accursius optime interpretatur verbum illud quãdoq. idest, quando cumq. quę acceptio & apud Iurecõsultos frequens est, vt in l. ab hostibus. 15. P. sed quod simpliciter. D. ex quib. caus. maio. in l. res in dotem datę. 43. ibi quandoq. soluto matrimonio. D. de iure dot. in l. hæres quandoq. 54. D. de acq. hæred. & assidua apud probatos latinę linguę auctores, vt notat Lambinus ad illud Horatij.

Quandoq. bonus dormitat Homerus.

30 Neque hoc euellere poterit argumentum, qui dixerit Pomponiũ in d. l. mancipiorum de vltimis voluntatib⁹ agere: secus esse affirmãdo in cõtractibus in quib⁹ mora, iuxta Bart. die & pœna adiecta non potest emendari. Nam hæc solutio facillime elui põt ex trito, vulgatoq. illo axiõmate, quo docemur, cum discriminis ratio reddi non põt, validũ est argumẽtũ de vltimis voluntatibus ad cõtractus, & è contra. l. seruum filij. 46. P. eum qui chirographum. D. de legat. 1. & probat Euerard. in topic. legal. c. 17.

31 Quinto, hæc nostra sentẽtia elegantissime probata proponitur a Scęuola in l. qui Romę. 12. P. Flavius Hermes. D. de verb. obligat. in quo tex. cũ Flavius Hermes, hominem Stychũ manumissionis causa donasset, & ita de eo stipulatus esset, Si homo Stych⁹, de quo agitur, quem hac die tibi donationis causa, manumissionisq. dedi, a te hæredeq. tuo manumissus, vindictaq.

liberatus nõ erit, quod dolo malo nõ fiat, pœnę nomine quinquaginta dati? Spondit Claudius: quãsitũ fuit, an si Flauij Hermetis hæres à Claudio hærede pœnã scriptam petere voluerit, Claudij hæres libertatem Sticho præstare debeat, vt pœna liberetur? Scęuola respondit posse, neq. diem, & pœnam ibi adiectam id impedire.

32 Præterea sexto pro huius nostrę sentẽtię tuitiõne maximopere vrger elegans & singularis tex. in l. si ita quis. 135. P. Scęia cauit. D. de verb. obligat. vbi Scęia Lucio Titio cauit, quod mãdante eo hortos emisset, & quod cũ prætiũ omne cũ vsuris ab eo recepisset, se in eum proprietatẽ hortorum translaturã. Postea incontinenti inter vtrumq. conuenit, vt intra Calẽdas Aprilis primas, vniuersam summam mãdator numeraret, & hortos acciperet. Cum ante Calendas Aprilis non omne pretiũ cũ vsuris à Lucio Titio Scęię solutũ esset, interposito tñ modico tẽpore post Calendas, reliquũ pretium cũ vsuris Scęię Lucius Titius soluere paratus sit, neq. Scęia accipere vellet, & postmodum per Lucium non stetit, quominus reliquum pretium solueret, an nihilominus Lucius ex stipulatu agere posset: quãsitum fuit. Respondet Scęuola, posse, si non multo post obtulisset, nec mulieris quicquam propter eam morã interesset, quod omne ad iudicis cognitionem remittit. Cui parum aut nihil obstat, si quis

si quis dicat cũ Bartolo post Dynũ in d. l. si insulam, asserenti in d. P. Scęia cauit diẽ interuenisse, nõ autẽ pœnam. Nam quidquid aliqui cũ dicto Bart. dicãt, pœna reperitur in d. P. Scęia cauit. De die iam constat. Nam intra Calẽdas Aprilis primas, debuit numerare, & hortos accipere, quam & ipsi fatẽtur. De pœna, quia elapso illo tẽpore Lucius Titius priuabatur commodo illius stipulationis, cũ amplius ad illos hortos cõtra Scęiam agere nõ posset: at priuatio iuris pœna est l. in criminali. 5. ibi actor quidẽ propositi negotij actione mulctetur. C. de iurisdic. omn. iud. ex quo enim priuabatur illo iure hortos cõsequendi, non læui afficiebatur pœna, argumẽto tex. in l. 1. C. de ijs quę pœnæ nomine. Maxime quia liberatio illa, quę Scęia ex mora Lucij Titij contingit, pœna dicitur l. si super possessionum. 9. C. de trans. l. qui fundum. 40. D. de contrah. empti. Quod optimo legis commissorię, & emphyteusis exẽplo confirmari poterit, in quibus, vt omnes fatentur, dies & pœna adsunt, & tñ nulla alia est, quã priuatio rei cõmissi l. traiecitij. 22. P. hoc idem. D. de actio. & oblig. cũ similibus. l. 2. C. de iure emphyteutico. ergo pœna proponitur incerta in d. P. Scęia cauit.

34 Deinde & septimo induci põt l. sancimus. 27. C. d. fideiuss. vbi qui promittit aliquem iudicio sisti, appposito termino cum pœna, potest

moram emendate sistendo, vel reũ principalem defendendo vsque ad tempus semestris, quod fideiussoribus ibi Iustinianus indulget.

35 Neque admittenda est Baldi responsio, inter initia existimantis ea ratione fideiussori emendationem concedi, quia lex illa loquitur in stipulationibus iudicialibus, in quibus mitius multo agitur, quam in conuentionalibus argum. l. quod si Ephesi. 5. D. de eo quod certo loco, & receptę Bar. doctriņę in d. l. si insulam. num. 4. ad med. Nam cum morę hæc purgatio ex æquitate oriatur, neque discriminis ratio inter iudiciales, & conuentionales dari possit, vt ex Cuiacio in d. l. si insulam. pag. 2. lit. A. & Io Sap. tract. de mora c. 4. nu. 135. certissimum esse constat; non esse quare in illis purgatio procedat, & in his prohibeatur.

36 Octauo & vltimo superioribus pro nostra sentẽtia suffragatur l. commissorię. 4. C. de pactis inter emptor. & l. Amilius Largian. 39. D. de minor. vbi in pacto legis cõmissorię, vbi & dies & pœna adsunt, ex supra notatis, Imperatores emendationem morę amplectuntur. Rutiliana enim, quę pupillaris ætatis Largiano defuncto in d. l. Emil. successerat, & cuius tutores in solutione cessauerant, in integrum aduersus lapsum temporis restituta fuit.

Ex quibus omnib⁹ remanet nostra sententia (die, scilicet, & pœna con-

contractui, siue dispositioni adiecta moram emendari posse) corroborata, & fulcita quibus hanc eandem, tamquam veriorem, sententiā tenent, & exornant P. de Bellapertica, Andr. de Pisis. Angelus, Lud. Roman. Raphael. Fulgos. & alij, quos citant Alex. & Iaso. in d. l. si infulam n. 15. D. de verbor. obligat. & in l. si pacto, quo pœnam C. de pact. & omnino tenendam, quam-

uis pro ea nulla fundamenta adducat, opinatur Ferretus tractat. de mora. col. n. n. 30. eleganter & doctæ Io. Saporta eod. tracta. cap. 4. ex num. 133. & eam neruose defendit Io. Robertus lib. 2. sentent. cap. 18. corroborataq. & fulcita remanet iustitia mea, quo ad presens dubiū, radicitusque euulsa præsentio fisci aduocati. restat nunc, vt ad alia nostra pergat oratio.

CAP. IIII. SENTENTIA ABSOLUTORIA
in vno iudicio, quando pariat exceptionem rei iudicata in alio, tam civili, quam criminali, & de exceptione rei iudicatae plura scitu digna.

S V M M A R I V M.

- 1 **R**ei iudicata exceptio nocet fisco, & ipsa habetur pro veritate, nulli usq. in iure producti effectus. n. 1.
- 2 Res iudicata producit presumptionem iuris & de iure, & hac est inuincibilis. n. 2.
- 3 Sententia ultima, vt vltima opinio approbata, maxime vbi est absolutoria, debet attendi. n. 3.
- 4 Absolutus semel de crimine amplius non est accusandus. n. 4.
- 5 Regis minister, vbi ipse Rex porrigit manum, debet eam quoq. porrigere, & pro absoluto habere, quem ipse absoluit. n. 5.
- 6 Regula cap. de his. extra de accusat.

- ampliat & declaratur. n. 6.
- 7 Absolutus semel sine simpliciter, siue quia non probatum, indistincte non potest molestari amplius, nec per inquisitionem, nec alium modum. nu. eod.
- 8 Absolutoria lata non, est quis audiendus de nouo, nisi vbi eo tempore fuerit absens & ignarus. n. 9.
- 9 Sententia absolutoria transacta in auctori-

- toritatem rei iudicatæ non resoluitur per nouas probationes diuersas à deductis in prima causa; maxime vbi sunt nullius considerationis. nu. 10.
- 11 Iudicandum non est bis in id ipsum. n. 11.
 - 12 Absolutio operatur, quo ad absolutum, quod condemnatio ad eodem iudicium, & oppositum in opposito, quod propositum in proposito. n. 12.
 - 13 Syndicatus id habet speciale, vt sententia lata ex eo, quod non est probatum, transeat in auctoritatem rei iudicatæ, quidquid sit in alijs casibus. n. 13. vbi ampliat, etiamsi fiat absolutio ob contumaciam non comparentium. nu. 13.
 - 14 Syndicatus in causa non solum non est molestandus absolutus, verum etiam nec ille, quæ est in casu, seu via abolitionis, cum habeatur pro absoluto. nu. 14.
- Syndicandus, quando fecit quod potuit, & debuit in ratione sue villicationis, si per eum non sit, quominus impleatur ratio, sibi non est imputandum. eodem.
- 15 Sententia maxime absolutoria est interpretanda, vt quid minimum contingat, & nocent minus reo, obsequio, quantum fieri potest. n. 15.
 - 16 Sententia verba stricte intelliguntur, nisi aliud expedit reo. n. 16.
 - 17 Sententia, ne sit frustratoria, late potest interpretari, non tamen ita, vt plus contineat, quam sit expressum. nu. 17.
 - 18 Sententiæ absolutoriæ, præcipue late ex alijs diuersis probationibus, tutius est

quiescere, quam eam velle infringere sub colore, quod lata fuerit ex falsis iudicijs, de quibus sententia non curant. nu. 18. non quæ sunt in

CAP. IIII.



QUIDO postulat, vt in hac tertia parte discutiamus, num. obster procuratori fiscali exceptio rei iudicata, dum in eadem de nouo impugnare sententiā Supremi Consilij in gradu appellationis totaliter absoluentem. Et cū in dicta appellationis causa, tunc iam per magnificum Aduocatum fiscalem, cū iuplicatione in scriptis formiter per eum in dicto processu causa appellationis oblata, iterum oppositum fuerit de falsæ, sicut in prima instantia, & primitiuo processu fuit quoq. oppositum contra testes, & nihilominus in Supremo Cõcilio, remature perpenfa, & exacte examinata fuerit dicta sententia absolutoria in mei fauorẽ lata, cognoscendo de tota causa principali, & de omnibus his, quæ formiter per fiscum fuerunt opposita, subsequata postea de omnibus illis obolutoria sententia, videtur exploratissimi esse iuris, dictum falsitatis articulū amplius non esse refricandum, nec discutiedum. Tum quia, vt constat ex prima parte dicti testes, in quantum videtur excedere numerum dierum, sunt ad plenum in te exculati, redacti ad concordiam,

& consiliati, & illi, ac ego ab omni malitia, dolo, & fraude exempti, atq. exclusi. Tum etiam quia dicta sententia Supremi Regij Concilij transiit in autoritatem rei iudicate, ac propterea ferit fiscu dicta exceptio rei iudicate, toto titu. D. de excepti. rei iud. quæ cum pro veritate habeatur l. ingenuum. D. de stat. hom. l. res iudicata. D. de reg. iur. & c. quod ad consultatio nem extra de re. iud. & cum faciat de albo nigro, & è contra l. ingenuum & l. siue D. de lib. agnosc. vt inquit Bal. in c. nostri de electio. Ias. in l. Iulianus verum debitorem in 2. notab. D. de conditio. in deb. Curt. Ian. conf. 177. num. 12. Maranta de ord. iud. in P. expedita par. 6. num. 129. mutatque vincula naturalia, falsum in verum, licet non essentialiter, effectualiter tamen conuertendo, vt aduertunt Bal. in c. in presentia de probatio. Alex. conf. 39. vol. 6. col. 2. & conf. 94. col. fin. vol. 7. Dec. conf. 445. col. 5. Paris. conf. 117. col. 1. vol. 4. Alciar. de præsumptio. reg. 3. præsump. 9. nu. 17. Crauer. conf. 79. col. 2. Roland. a Valle. conf. 83. nu. 14. vol. 1. & post Curt. Ianio. Ias. & Marant. notat prædicta illustrans eques clarissim⁹, ac Comes egregius Bonifacius Ruger. conf. 8. num. 3. cum quatuor seqq. vol. 1. & ius faciat inter partes irrevocabile l. eleganter, P. si quis post. D. de conditio. in deb. cum habeat vim constitutionis, seu legis, l. quando prouoc. non est, necesse.

Et demum rem faciat notoriam c. vestra de cohabit. cler. & mulier. de quo & alijs effectibus, de quibus Rota Fiuilana, p. 1. decif. 10. num. 14. iuri & rationi est consonum, vt silentium imponat fisco, & stando dictæ sententiæ ego quiescam, & in pace sub tanto clypeo defendar, iuxta not. in c. quoniam contra. vbi Felin. numer. 23. & Dec. numer. 34. qui & Imol. & Berol. hanc præsumptionem insurgentem ex sententia, quæ transiit in autoritatem rei iudicate, esse iuris & de iure, & per consequens inuincibilem iuxta c. 3 is qui fidem, 30. de sponsal. ex. præcipue cum fuerit dicta sententia in supremo lata, vltima, & absolutoria, de qua tantum est curandum, vt resoluit Ias. in l. si idem cum eodem. P. si vna actio. D. de iurisd. o. mani. iud. & P. sed iste. num. 55. inst. de actio. Lud. Gomet. in c. si pater. numer. 11. de testam. lib. 6. post Roma. conf. 84. post princ. & conf. 327. sub. num. 8. versic. ad hoc multipliciter, Ioan. Lecir. in tracta. de primoge. conclu. 3. q. 11. post princ. qui omnes in ea resident sententia, quam dicit communem Ias. vbi supra, vt vbi concurrunt sententiæ, & opiniones, vltima, vt approbata, in debio est sequenda, quibus subscribunt Curt. Ian. in d. P. si vna actio. numer. 5. & Viui. decif. 403. numer. 1. volum. 3. Camill. Plauti. in rub. de offic. eius. libro 2. cap. 1. per tot. Casar de Grassis decif. 1. numer. 10. & in titulo de his quæ vi met.

met. ve cau. si. Corp. pol. conf. 54. nu. 64. volum. 2. & Mendoc. in Reg. Cancell. 24. quæstione 1. num. 8. Et tanto magis erit standum dictæ sententiæ supremæ absolutoriæ, quanto plus iura detestantur, vt de re semel cognita, de que crimine semel absoluto, amplius quis accusetur; quod iura omnimodo verant, colligitur plane ex can. si. illic. 23. q. 4. in quo tex. Gelasius clementissimus Papa sequentia verba coniungit *Semel remissa punitio, residuo dolore non debet iterari, exemplo & imitatione diuina clemencia peccata in vltionem redire non patiuntur*. Per eadem verba reperitur transumptiue in can. diuina 24. de pœnit. dist. 4. & inuatur tex. in can. veniam. 35. q. 9. cuius textus verba multum conducunt in proposito, cum dicat Innocentius Papa, manum esse porrigendam, cui ipse porrigit. Sicque cum Rex noster benignissimus, sua suprema & alta sententia mihi sibi ex corde inferuenti, dederit & protulerit manum absolutionis, oportet quod eius minister & censor, maxime cum ipsemet sit, qui fuit in consilio supremo coronæ Aragonum relator sententiæ in mei fauorem late, sit iudex in huiusmodi syndicus causa, manum quoque porrigat, pro obseruantia suæ sententiæ, non admit tendo, vt de his criminibus, de quibus absolutus fui regia censura, amplius aduersus me accusatio replicetur. Vt ex concilio Mogun-

tinensi decidit rex. eisdem verbis in c. de his criminibus. 6. extra de accusatio. a quo mutuauit rationem decidendi glo. in verbo residuo in d. can. si. illic. cum quo tex. concordant multa responsa ciuilia in l. licet. P. fin. versic. sed si absolutus. D. nau. caup. stabul. in l. in delictis. P. fin. D. de noxal. actio. in l. sepulcri. 6. D. de sepul. viol. & in l. si cui. P. 1. D. de accusat. Quam regulam procedere etiam, vbi proceditur per inquisitionem, aduertunt Alex. conf. 11. numer. 7. volum. 1. Marant. de ord. iud. par. 6. tit. de inquisit. num. 49. Bossi. in praxi, titulo de sententijs. num. 60. Didac. Couarr. lib. 2. resolut. cap. 10. in princ. Iul. Clar. in pract. P. fin. q. 57. num. 1. Paul. Grilland. de crimin. libro 5. vbi agit de relaxatione carceratorum. titu. de absolut. innocentis q. 2. nu. 3. versic. & nota, vbi plus dicit, quod de absoluto semel diffinitue ab obiecto crimine, amplius non potest inquiri, nec alio quouis modo contra ipsum procedi, & assignat rationem, quam supra late comprobauit, quia videlicet obstat curiæ, exceptio innocentie, & rei iudicate. l. 2. C. de except. rei iud. & d. l. 1. C. quando prouoc. non est necesse, & alia iura citat, quæ apud eum videri possunt. Proceditque insuper dicta dispositio cap. de his, de accusa. extra siue absolutus fuerim simpliciter, siue ex eo expresse, quia aduersus me nihil fuerit probatum (nec probari potest in eternum)

vt aduertunt late Brunol. a Sole. q. 17. & Scaccha de cauſ. civil. & criminal. cap. 12. a num. 84. cum ſeqq.

7 Indiftincte ſiquidem dicta regula procedit, & omni modo producit exceptionem rei iudicatę. Quidquid dicat Iul. Clar. vbi ſupra, & Per. Caball. poſt eum in ſuis reſolut. crimin. caſ. 91. n. 1. & 3. vt eleganter reſoluit Bartholo. Bertazzol. conſ. 396. nu. 4. & 5.

8 Quę omnia in noſtro caſu maxime vendicant ſibi locū, poſtquā non conſtat de aliqua limitatione, ex nonnullis adductis per Couarr. Marant. & alios citatos. Nā in noſtro caſu non conſtat, nec conſtabit vnquam, imo eſſet temerarium, id dicere, fuiſſe abſolutum per preuaricationem, aut perfidiam, nec conſtat nouam aliquam perſonam comparuiſſe de nouo, & inſtaſſe circa eadē contra me, imo adſtringens plus hoc negotium vir doctiſſimus Ioannes Baptiſt. a Coſta de remed. ſubſidia. rem. 128. vbi agit de viſitatore regio generali, & in terminis terminantibus nu. 14. poſt Parid. de Put. Clar. Couarr. Boſſi.

9 Eugen. Bertazzol. & Fetina. reſoluit, quod lata abſolutoria Viſitator cognoscit in caſibus, quos reſtringit, ad duos videlicet, vbi expreſſe in abſolutoria adiecta fuit clauſula, *rebus ſic ſtantiſibus*, vel quando, quis comparat de nouo, addens, quod tunc iſte talis debuit tunc eſſe abſens & ignatus, quę omnia palam ceſſant in occurrenti caſu. Ac

ideo merito reſoluit Petr. Caball. vbi ſupra numer. 6. 12. & 43. Quod etiam ſi ſuperueniant indicia, & probationes diuerſę a deductis in prima cauſa (vbi, Deo ſic ordinante, nullę interueniunt teſte proceſſu, & demonſtrari ſatis congrue in prima huius cap. parte) adhuc inquit, non poſſe inquiri amplius. Et iuuat dictum domini per Naum Prophet. c. 1. *non iudicabit Deus bis in id ipſum* vt habetur tranſumptiue in c. ſcleratorio. P. his autoritatibus. de pœnit. diſtinct. 3. notat Alex. d. conſ. 11. nu. 7. verſi. & ſimiliter. Iul. Clar. d. q. 37. numer. 12. vbi reſtatutur ſic iudicatum, & ſignat Marant. vbi ſupra. Si igitur bis non eſt iudicandum in id ipſum eo ſenſu, vt bis puniatur, ergo non iudicabitur bis abſolutione ſemel data, vt id operetur abſolutio ad abſolutum, quod condemnatio ad condemnatum, vt contrariorum eadem ſit cognitio, ratio, & diſciplina ex princ. inſt. de his, qui ſunt ſui. & id ipſum operetur oppoſitum in oppoſito, quod propoſitum in propoſito ex l. ſit. P. 1. cum ſimill. de leg. 3.

13 Tandem ſuffragatur, quia in terminis terminantibus, & vbi agit de ſyndicando aliquo, hoc datur ſpeciale in iure, vt vbi dubitari poſſet, an ſententia abſolutoria lata ſuper crimine, ex eo, quia nihil fuerit probatum, pariat exceptionem rei iudicatę, ſi iterum ſcietur, & tractetur de crimine. Quidquid ſit in

in alijs caſibus, in cauſa tamen ſyndicatus, benignitatis cauſa ſpecialiter id ſeruatur, vt ſemel abſolutus, etiam ſi abſoluatur ob conuinciam non comparentis, amplius nō poſſit moleſtari, vt ex l. ſi eo tempore C. de remiſſ. pignor. & ex c. ſi. P. alioquin. extra qui matri. accus. non poſſ. reſoluit Paris de Puteo in tracta de ſyndica. in verbo officialis finito officio. num. 2. & in materia ſyndicatus dicit quid notabile Hortens. Cauallca. de brach. regio par. 5. numer. 278. Vbi ait, non ſolum abſolutum in ſyndicatu, poſt tempus proclamatum, non poſſe amplius moleſtari, quod confirmat ex doctrina Anto. Scapæ. in tracta. de iure non ſcrip. & Parid. de Put. verum etiam non poſſe moleſtari illum, qui eſt in caſu, vel in via abſolutionis, cum iure habeatur pro abſoluto allegat Caçialup. Iaſ. & Catald. & ponit exemplū, veluti quia ſyndicandus fecit totum id, quod potuit, & debuit in ſua villicationis ratione reddenda; & quando ſtat per alium, vel alios, tunc illis eſt imputandum, & non ipſi ſyndicando ad iuſtum pãtato.

15 Vbi autem velint, adhuc agere de interpretanda dicta ſententia, illa eſt ſic accipienda, vt, vbi aliquid ibi ſit retentum, intelligatur minus, quam ſit poſſibile me onerando ex l. hæ enim cauſę de ſuſpect. tutor. D. ex traditis per Alex. conſ. 46. circa primum. num. 2. vol.

5. Sozin. Senior. conſ. 134. col. 2. vol. 1. Deci. conſ. 43. numer. 3. Crauer. conſ. 74. numer. 10. & conſ. 188. nu. 2. & Bal. conſ. 28. part. 1. quem ſequitur Crauer. conſ. 6. numer. 41. inquit, impropriari verba, & intelligi ſecundum fictionem, vt reus excuſetur, & non puniatur, ſequitur Alba. Cardin. in lucubratiō. ad Batt. in l. 1. numer. 2. D. ne quis eū, qui in ius. Menoc. de præſumptio. lib. 2. præſumpt. 90. num. 7. Et ſi fieri poteſt, poſtquam ſententię verba ſint ſtricti iuris, e conuerſo, ſi ita expediat reo, ſunt interpretanda in ſui fauorem per proprium verborum ſignificatum vt notatur in l. Iulianus verum debitorem. D. de condictio. indeb. & in l. 1. & 2. C. ſi plures vna ſententia. Nec tunc eſt dandus locus latę ſignificationi, quando in eius odium habere poſſet, vt per Abbat. in c. dilecto. notab. 2. per illum tex. extra de verb. ſigni. & in c. dilectus. numer. 2. de offic. ordinar. Cæpol. de verbor. ſignif. numer. 151. Iaſ. in l. centeſſimis. P. fin. col. penul. de verb. obligat. Rip. in l. 2. numer. 26. de edend. Curt. ſenior. conſ. 74. col. fin. Curr. iunior. conſ. 153. numer. 19. vbi plures citat, & Oſalc. decil. 63. numer. 1. & 2. Quod ſi aliter valere non poſſet, & nihil operaretur dicta ſententia, verba poterunt impropriari, vt per Roma. conſ. 126. & conſ. 328. Felin. in c. auditis. in princ. de præſcripti. extra; ex glo. in l. & puto D. famil. æreſcun, quam dicit ſingul-

Iarem Bal. in l. cum virum. col. vlt. C. de fideicom. non tamen ita, vt in sententia veniat, vltra quam sit specificatum ex l. Paulus. I. D. de re iud. notant Ruin. conf. 72. nu. 8. lib. 2. & conf. 116. num. 6. lib. 4. & Paris. consil. III. num. 9. vol. I. & conf. 5. numer. 19. vol. 2. & Alex. conf. 18. n. 3. vol. 7. & Cæphal. conf. 451. nu. 5.

18 Securius tamen erit quiescere dictæ sententię tot iuris regulis, & principijs, ac manifestissimis propositionibus corroboratę, & locum non dare nouis inquisitionibus,

precipue cum ex tenore ipsius cõfiteret, & ita est præsumendum, eam non fuisse latam ex testibus, quorum dicta iterum atque iterum præscrutantur, sed ex alijs probationibus factis per alios testes, & personas religiosas, & per alia motiua, & non per dictos testes, ac ideo sententia absolutoria debet seruari illaesa per tex. in l. 3. & ibi glo. atque Doct. C. si ex fals. instrum. quod multis illustrat Berthazol. conf. 506. num. 12. cum quo finem impono materiæ istius capituli.

CAP. V. BARATARIAE CRIMEN qualiter detestabile, & qualiter probetur

& de illo plura.

S V M M A R I V M.

1 **TITVLI** ne filius pro patre, & ne uxor pro marito, & alij similes non habent locum in officialibus qui syndicantur. n. 1.
2 **Officiales** etiam præcipientes tenentur de admissis & factis tam per se, quam per domesticos, & alios ministros. n. 2. & n. 5.
Iudices, & causarum cognitores debent a personis & patrimonijs alienis abstinere manibus, & illas puras ha-

bere. n. eod.
3 **Iudices** tenentur de factis uxoris, & matris, & aliorum consanguineorum, & amicorum, quos secum habent, & in domo retinent. n. 3.
4 **Caupones, nauig, & similes exercitores** tenentur de factis suis, & familiae suę. n. 4.
Iudices tenentur de positis in pariete, lecto, vel alio loco ad ipsos corruptendum ipsi scientibus. n. eod.

Bara-

5 **Barataria** proprie committitur per se, & per personam iudicis proprius dicitur corruptio. num. 5.

6 **Officialis, seu iudex** tenetur de admissis, & delictis uxoris, & aliorum de familia ciuilitate, non vero criminalitate. n. 6. & ratio est. n. 10.

7 **Officialis, & iudex** tenetur de factis aliorum, si sint domestici, vel ab ipsis profecti alicui exercitio, si delinquat in officio, vel exercitio, ea ratione quia tenentur inquirere eorum vitam, & mores. n. 7.

8 **Iudex, si contra eum** agatur pro factis de familia, exhibendo eam, si potest exhibere, liberatur omnino. n. 8.

Officialis ita demum tenetur pro delictis familie, vel alterius officialis sui, si ille fuerit legitime condemnatus. num. eod.

9 **Agens contra officialem, vel familia-** rem iudicis debet probare, illum esse creatum per dictum iudicem, vel esse de eius familia. nu. 9.

10 **Esse agens contra iudicem pro delictis** & factis, quorum alij sunt auctores, multa debet probare, & si non potest iustum est, quod tantum persequatur auctores. nu. 10.

11 **Alio iniuriarum** competit iudici contra advocatos & alios, qui sub spe vanae amicitiae sua pollicentur sinem sententiae. n. 11.

Advocati, procuratores, & causidici, qui promittunt alicui euentum sententiae freti iudicis amicitia, summum vendere dicuntur. n. eod.

12 **Nobilitas** non patitur, vt contra militum presumatur quid vile, & abiectum. num. 12.

13 **Amicitia vsq; ad aras** est id quod institutum est. nu. 13.

Amicitia vera in eo consistit, vt neque rogentur res turpes, nec ipsa a rogatis fiant. nu. eod.

Amicus non tenetur ex delicto amici. num. eod.

14 **Amicus** non tenetur ex delicto amici, maxime si eum elegit nobilitatem. num. 14.

Castellanus, qui subleuit ad custodiendam arcem nobilem, si post eundem ille nobilis perfidus, excusatus est. numer. eod.

15 **Iudex** non tenetur ex facto amici nobilis, non domestici, nec sui ministri, precipue si auctore bona fama viri vsq; num. 15.

16 **Inquisitio** contra iudicem, constituta de eius bono nomine, ubi in contrarium non exeat probatio eõcludentiissima, debet cessare. nu. 16.

17 **Testes** debent esse omni exceptione, etiã friuola, maiores, & hoc debet articulari & probari. nu. 17.

18 **Reus** est absolendus, ubi luce clarius nihil est probatum: imo potius quod sibi est oppositum, est quoddam signum. num. 18.

Testes non zelo iustitiae sed malitia famelic, & iracundia moti, maxime alijs viuis pleni, non sunt admittendi. eod. num.

Proxeneta in criminalibus non admittuntur in testes. eod. nu.

CAP.

C A P. V.

N O L V I T. Deus, vt qui in his publicis officijs iustitiæ ministrando versamur, illa magna æquitate, qua nituntur tituli plenissimi, *ne filius pro patre, & ne uxor pro marito*, & illa magna sententia *ne filius porret iniquitatem patris*, sublaueremur. Sed quod Reges, (qui per suam Maiestatem regnant, Sapientia 8.) eas leges, quæ utilitatis publicæ causa iustæ dicuntur, in perpetuum cõderent, quibus statutum fuit, vt non solum in villicationis ratione, & nostræ administrationis calculo teneamur dare, et reddere comportum de nostris factis proprijs, verum etiam de his, quæ facta fuerint, per nostros domesticos, aut manipularios, vel ministros. Nec erronea fuerunt moti, sed magna causa, istarum legum varës, & conditores, vt videlicet vnus pœna, metus possit esse multorum. Hac ratione si fuerit Gratia. Valenti. & Theodo. rescipientes in terminis terminantibus Matroniano Duci, & Præfidi Sardinia, vt habetur transumptiue in l. i. C. ad leg. Jul. reperund. ex qua lege manifeste colligitur, omnes cognitores, & indices, sicut nos sumus, a pœnitijs, atque patrimonijs alienis debere manus abstinere, & ex Rebuff. Couar. & alijs multis congest. per Alfonso. Azeued. l. i. tit. 6. n. 17 & seq. lib. 3. manibus puris vti, ita, & taliter, vt nõ solũ per

nos, sed etiam per heredes nostros, teneamur rationem dare super factis, & admissis proprijs, tam post administrationem, hoc est, post officium depositum, quam etiam durante administratione, & officij exercitio, quod fuit inter Consulatos multum dubitatum, sed de iure sic de casum fuit, vt teneamur quod que in omnibus dictis casibus de admissis, & factis per nostros domesticos, manipularios, aut ministros, ita per supradictam l. ampliantur vere tex. in l. sciant, tex. in l. omnes, & tex. in l. iubemus, quarum vna lex venit post aliam eod. tit. C. ad l. Julia. reperund. satisque id apperte constat in sacramento subeundo per nos, etiam iure communi eantũ esse, vt neque per nos, neque per interpositas personas, quia ultra salaria debita recipere valeamus, colligitur ex l. sancimus C. illo. tit. ad leg. Jul. reperund. & palã satis exauth. nouo iure. vel si sed si datam, vel promissum, ibi, *neque per se, neque per aliam personam acceperit* C. de pœn. iud. qui male iud. quod satis insinuat tex. bene intellectus in l. consiliarios. C. de assessor. & domest. per quæ constituta, & sacratissimas leges magnifice ampliatu dispositio Iustiniani in P. si quis autem, in authentic. vt differetres iudices. collat. 9. vbi disponit magisterianos, aut præfectianos, (qui in effectu sunt officiales, cuiuscumq. fortunæ, hoc est cuiuscumq. exercitij, & nominis sint)

sint) non posse amplius sportularum causa suscipere, quam definitum sit factis cõstitutionib. vt procedat, siue per se, siue per alios, quid ultra receperit; forte enim contenti stipendijs vestris, cauetur in c. parat. in fi. 23. q. 3. & in c. militare. in fi. & c. nõ satis 76. dist. quæ citat Azeued. vbi supra n. 29. Similiter ampliatu sententia Vlpiani, quæ habetur in l. obseruare. P. proficisci. D. de offic. proconsul. dum admodum consilij significat, melius esse proconsuli, & hic officiali præ eminenti proficisci sine vxore; non quod cum ea non possit, sed quia memor debet esse per Cottam & Messallam consules Senatusconsulto statutũ fuisse, vt si quid vxores eorum, qui ad officia promouentur, deliquerint, non obstante illo æquissimo, & benignissimo titulo, quem initio capituli allegaui, ne vxor pro marito. C. tenebitur vir officialis, & ab ipso ratio & vindicta admissorum per vxorem exigetur; vt id, inquam, procedat non solum in vxore, verum etiam & in matre, sic ampliatu Paris de Puteo in tracta. syndica. verbo potestas tenetur, nu. 2. & nihil mirum quia potuit ampliari ex iuribus citatis, non insubtiliter ponderatis ad cõsanguineos, amicos, & alios, quos secũ habet, & in domo, & familia sua retinent, nõ secus, vt inquit gl. in d. l. obseruare, verbo ratio & vindicta, quam caupones, & nauar, & alij exercitores, qui de factis, alijsq.

admissis, non solum per se, verum etiam per suos domesticos, & familiares contracta tenentur iux. P. penult. inst. de obligatio, quæ ex quasi delict. & est tex. formalis in l. vnica. D. furti aduersus nauar. caupo. & in l. i. in princ. ibi quod ve familia publicanum, & in P. familiaris nomen. D. de public. & vestig. Quidquod tenentur de positis in pariete, lecto, vel alio loco ipsi scientibus, vt post Auil. no. Azeuedo, d. l. 5. nu. 29.

Existimauit procurator fiscalis, vbi partes me nõ auerint intetare corumpere, saltem per tertias personas, promittentes plus in me habere, quam iustũ sit, & quod meã voluntatem poterant exponere venalem, baratariam contraxisse certis in causis. Hoc enim modo, proprie per alios, vt puta per aduocatos, procuratores, vel alios promittentes, dicentes, & iactantes se habere amicitiam cum iudice, barataria committitur, nam quando iudex per se accipit, non tam proprie barataria, quam corruptio appellatur; vt ait Bernard. Muscarel. in praxi criminal. tit. de iudicis corruptela, n. 22. & 23. & quod ideo ratio, & vindicta, hoc est rationalis vindicta (ita enim exponit glos. in d. l. obseruare.) debet habere locum contra me, vt tentum, & obligatum ad, dandum rationem, non solum de admissis per me, verum etiam per vxorem, domesticos, manipularios, familiares & amicos.

cos, vt supra abunde. Hæc pro fisco.

6 Audiat libenter defensionem, & memoria velut defensionis prologomena retineat, quod doctissime aduertit Accur. in d. P. proficisci verbo exigatur ad fi. quod omnia predicta in offensionem, videtur, quod vbi agitur contra officialem, de admissis & factis per alios, etiam si fuerit vxor, debet intelligi ciuilitet, nam si agatur criminaliter, (poderet modo fisco an bene egerit) oportet, quod agat contra eandem vxorem, ad quod expendit tex. in l. fi. C. de iniur. Argumentum deducens ex eo, in quantum sentit tex. quod criminalitas sequitur personam auctoris. Insuper glo. ibi distinguit inter id, quod mouetur ciuilitet, aut criminaliter. Huiusmodi falis granum, & bonum Accur. temperamentum, sequitur Bal. ad tractatum syndicatus, in d. l. obseruare. P. proficisci. num. 10. & 11. & Amad. de Castel. in eodem tracta. num. 197. Et subscribit Azeued. vbi supra num. 15. ad fi. versu. item tenetur pro pecuniaria.

7 Aliter etiam dicta superius pro fisco temperantur, vt ita demum teneamur de admissis, & factis ab alijs, si fuerint domestici, & familiares, vel nobiscum accersiti, seu adducti, vel per nos præfecti ad paulatim, & censim pro nobis extorquendum, quos manipularios appellat d. l. i. C. de leg. Iulii, reperund. & gl. ibi sic declarat. Nullibi enim

videtur dispositum, vt pro factis aliorum teneamur, quia si pro illis tenemur, est ex eo, quod debeamus inquirere eorum vitam, & solliciti esse circa eorum mores; & hæc negligentes, merito tenemur, si ad cooperationem in nostro officio, vel familia admisimus, vt post Parid. de Pur. Castal. & Amade. resoluit Azeued. vbi supra nu. 15. & 16. Est enim opus, vt fungatur officio domesticorum illi, pro quibus sumus obnoxij, vt innuit tex. in allegata. l. consiliarios. C. de assessorib. vbi Accur. verbo officio sic in terminis interpretatur d. l. i. C. ad leg. Iul. repetun. Quod strictius declarans Bar. iuris merito luminare maius appellatus, in d. l. i. P. familie nomen. num. 1. & sequent. D. de publican. vbi subscribit magnus aduocatorum Angel. Quod, vt dominus teneatur de admissis per familiam, debet constare quod præposuit familiam ad officium, & quod familia deliquit circa officium, & si deliquit extra id, quod fuit commissum, non tenetur. Et accedens pro prius ad nostros terminos, loquens de terrarum Rectoribus ait, idem esse, vt teneatur pro familia, quam secum ducunt, ita intelligens omnia iura superius tradita pro fisco, & l. si post C. de assesso. addens è vestigio num. 2. quod in tali casu omnes, & domini, & Rectores liberabuntur, exhibendo familiam quod post Catald. firmat Azeued. d. l. i. num. 15. vbi alia notabilia tempera-

ramenta addit, signanter, vt omnia prædicta intelligantur procedere, vbi ille, qui est officialis meus, nominat⁹ fuit ad officium per me, quasi tunc habeat locum dicta ratio inquirendi vitam & mores, secus si per Regem, vel aliam nominetur.

9 Item si delinquant in officio, secus si extra, item si legitime fuerint cõdempnati, nõ aliter teneor. Et aliud mirabile temperamentum ponit hic aureus Doctor, num. 28. quod agens contra me, debet probare pecuniam ad me peruenisse, vel in mei vtilitatem versam, etiam si diceretur data vxori, vel filijs, hocq. expresse disponit Hispaniæ lex, ad quam in defectum nostrarum, tantquam ad naturalem rationem appello, ex his quæ tradidi in c. 1. circa defensionem generalem. Tandem Bar. vt ad illum tamquam ad sacram ancoram reuertar, in d. P. familie nomen nu. 3. 4. & 5. resoluit in materia probatoria, quod agens aduersus me, pro delicto admissio per familiam, debet probare, esse de familia, & ad tale officium per me præpositum, vbi pariter agit de modo probandi.

10 Modo fisco consideret suas probationes, & attendat, an cõstet de dictis temperamentis, & præcis requisitis vt sibi teneat ciuilitet, nam criminali pœna nullo modo teneor, vt initio dixi supra, pœnæ enim tales suos sequuntur autores l. sancimus C. de pœnis. & attendat similiter, an vxor, vel domesti-

ci mei, familiares, seu manipulares, de aliquo delicto baratariæ, vel simili fuerint infamati, & quod si de vilo horum, & supradictorum requisitorum, nec verbum vllum, cur parturirunt motes, vt nascatur ridiculus mus? Et si forte aliquis ex amicis meis, (qui sint extra familiam, vel aliquis ex aduocatis, seu procuratoribus, aut causas agentibus, vel sollicitatibus) plus de me sperans, quam iuris ratio, & id quod bonum est, admittit, ausus fuit, aliquid attentare, quod negatur, & non constat, nec constare potest, agat cum illis, si potest; & vt dicitur persequatur Geminianum, & deserat me, præmaxime cum mihi in tali casu, quando cõtigisset (quod non fuit, neq. sola imaginatione cogitari potest) leges sacratissime auxilia ordinaria tribuunt contra tales illicitos spõsors, qui explicationis sententiæ pendentis ex potestate, & metu iudicis, spem pollicentur, qui non minus crimen contrahant, quam illi, qui illicitis promissionibus iudicem corrumpere, contra disciplinam publicam, tentarent, per tex. in l. qui explicandi. 10. C. de accusat. Et ea de causa in l. item apud Labeonem P. idem ait. 2. illius nominis D. de iniurijs, ex sententia Vlpiani statuerunt, iniuriarum actionem dandam esse iudici contra eum, qui eius sententiæ spem, ac si eam esset iaturus, pecunia vendidit; quod fumum vendere dixit Duarenus

lib. 1. dispunct. c. 25. & post eum Lā-
 prid. & alios, Menoch. cas. 344. Et
 quod dicta iniuriarum actio mihi
 competat aduersus tales, notat An-
 gel. in d. iurib. vbi, vt refert Bernar.
 Muscatell. in pract. criminal. tit. de
 iudicis corruptela. nume. 23. excla-
 mat contra aduocatos, procurato-
 res, & alios similes iactantes se ha-
 bere amicitiam cum iudice, polli-
 centes inde euentum sententiæ, a
 quibus cauendum esse, (inquit) re-
 soluens grauitur teneri ipsi iudici
 actione iniuriarum: & re vera si per
 somnium cogitare possem, quod
 aliquis, abutendo mea familiarita-
 te, tale promisserit, eum validissi-
 me persequerer; & non quiesce-
 rem, propter disciplinam publicā,
 quam commendat d. l. explicandi.
 Non ergo remedia, quæ in mei fa-
 uorem introduxerunt leges contra
 tales fumi venditores, debet, neq.
 potest procurator fiscalis aduersus
 me retorquere, contra l. quod fa-
 uore. C. de legib. cum simill.

12 At bone Deus, quæ ratio postu-
 lat rem ita vilem, ac abiectam, &
 infimæ sortis, vt credam comisse
 quendam, quem dicunt amicum
 meum, qui est nobilis & claro san-
 guine natus, de cuius fama, & opi-
 nione illæsa, de opibus, atque diui-
 tijs magnis cõstat ad plenum? Pro-
 fecto sicuti ego mihi tale suadere
 non possum, quin tantum virum,
 ac nobilem sola cogitatione ma-
 ximopere offendam; deberet si-
 militèr procurator fiscalis in se re-

uersus erubescere. Tum quia nobi-
 litas illius viri clarissimi id non ad-
 mittit, propter magnas iuris præ-
 sumptiones, quas secum affert no-
 bilitas, de quibus in can. nobilissi-
 mus. 97. distinct. Innocent. in c.
 cum in iure peritus, extra de offic.
 delegat. Ioan. Andriæ. in c. ad apo-
 stolicę de re iudic. in 6. glo. in P. uē
 restium. 4. quæst. 3. Bart. in l. i. C. de
 dignitatib. quos & alios multos ad
 illustrandos nobilitatis fauores co-
 gessit Alfons. de Heredia Guber-
 nator Marchionatus de Elch. in
 tracta. [de chado de luezes.] in in-
 terrogatione [que razon ay para
 procurar los luezes de buena ca-
 sta,] & peculiare tractatus extol-
 lendo nobilitatem de ea fecerunt
 Tiraquell⁹, Garcia, & alij multi. Tū
 quia amicus non tenetur pro deli-
 ctis amici, Plaça de delictis. cap. 14.
 num. 2. Tum & etiam quia si & vbi
 ego admissem dictum nobilem
 in mei consortium, & amicitiam
 (pro vt est dignissimus, vt a quo-
 cumque admittatur, sit cuiuscun-
 que, etiam altę dignitatis,) & dede-
 rim illi spem, quod in me posset
 multum: est clarum, & indubitātū,
 quod tantus vir semper existimas-
 set amicos vsq. ad aras esse putan-
 dos, & ab illis iuste esse petendum,
 aliã dulciõra essent vulnera, quam
 oscula talium amicorū. Non enim
 vere amat, qui reluctantem ami-
 cum in certam traderet infamiam,
 ac ne illa quidem amicitia est cen-
 senda, quæ a natura obhorret ho-
 nestatis,

nestatis, quæ & alia multa ijs simi-
 lia pro vera amicitia congerit vir
 insignis Iacob Tapia Aldan. in tra-
 cta. de triplici bono, lib. 2. pagina
 mihi 178. ad fi. & pag. seq. per tot.
 vbi inter alias amicitia leges, illam
 prima sede locat, vt neque roge-
 mus res turpes, neque faciamus ro-
 14 gati. Quando autem quid repre-
 hensibile tentasset dictus nobilis,
 etiam admissus in mei consortium,
 quod nõ vtiquam (vt geminatim
 dixi) est credendum, adhuc tunc
 mihi nihil esset imputandum iux-
 ta illud notabile, & egregium di-
 ctum quod refert Alfons. de He-
 red. vbi supra [que si el Rey da vna
 fortaleza, o tenencia a vn señor, el
 qual la encomienda a vn noble,
 criandole su tiniente, y este allega
 a esser traydor, o descuydado en la
 guarda, no se puede cargar a culpa
 del que se encomendo della, pues
 en su lugar substituyo noble.] Cū
 igitur admiserim nobilem vicum
 ad amicitiam confidens multum
 de eo, postquam fama est publica,
 de eius bonitate, quādo quid mali
 admisisset (quod millies dicam nõ
 esse credendum) quid tunc mihi cū
 illo? Nam exculpatus sum ex bona
 nobilis electione, vt ex eodem
 exemplo Alfons. de Hered. eo non
 allegato, resoluit in simili Iacob. de
 Carolis pantijs Aquilanus in suo
 tracta. de Geminato pauone in
 proem. num. 5. qui excusat Castel-
 lanum tradentem attem cuidam
 nobili, qui postea fidem fegerat.

15 Maxime prædicta procedunt,
 & me proflus tuentur quia dictus
 nobilis, non est de domesticis, nec
 familiaribus meis, quidquod nec
 in hac ciuitate residet, sed alibi in
 loco valde distanti, & longe ultra
 viginti & sic per leucas multas re-
 moto, lares fouet, & suū domiciliū
 tener. Quibus statibus, est plusquā
 voluntarium, casu quo per dictum
 nobilem esset barataria facta, eam
 mihi adscribere, & imputare, cum
 non probetur consensus meus, nec
 præsumatur, sicut dici solet, quod
 merus illatus per officialem pote-
 statis, non præsumatur ex concien-
 tia potestatis illatus, vt no. Bal. in l.
 ad inuidiam C. de eo quod met.
 caus. tradit Paris d̄ Puteo, de syndi-
 cat. cap. sequitur de modo. in verb.
 syndicanur. num. 9. præcipue cum
 sit præsumendum pro me, tum ex
 præsumptio de quibus dixi late ex
 16 qualitate personarum, in cap. alle-
 gationum primo, tum quia constat
 de bono nomine, & fama, quo ca-
 su cessare debet istius criminis in-
 quitio, vt resoluit Bernard. Mus-
 carel. vbi supra num. 19. & non ali-
 ter credendum, quam si probetur
 concludenter, & euidentissimis
 probationibus, vt no. Olanus in
 Antonomia verb. barataria. Mas-
 card. de prob. conclu. 165. numer. 4.
 Decian. in tract. crimin. tom. 2. lib.
 8. cap. 28. num. 1. & seq. adeo, vt re-
 ferat num. fi. post Valer. Baisson. &
 alios, quod ex lege Seruilia erat o-
 17 pus, quod centum & viginti testes

ministrarentur contra iudicem, & testes debent esse exceptione etiam friuola maiores, & tales eos esse, debet articulari & probari, vt no. Merez de maiora. p. 4. q. 20. nu. 40. iunctis abunde traditis circa probandum qualitatem requisitam in testibus, per Matien. l. i. glo. 5. nu. 12. & seq. tit. 4. lib. 5. quod latissime in d. c. i. comprobatum fuit. Et tanto minus tale est credendum de dicto nobili, cum testes producti, repulsam patiantur, & sit probatum, esse inimicos, & conspiratores, quibus non est credendum, c. cum dilectus. extra. de accusa. nec sunt testes de visu, sed de auditu, & in hoc eodem auditu discordant, testis dicens à quo audiuit, et ille à quo dicit audiuisse, quo casu nulla est danda fides, vt aduertit Cœphal. conu. 233. num. 26. volum. 2. & ex alijs multis remansit funditus destituta probatio, de quibus in d. cap. i. quæ non transcribo, nec repeto.


18 Sed concludens dico, quod postquam luce clarius non constat, me quid mali fecisse, vel ratum habuisse; ex l. fin. C. de probatio. iunctis traditis per Bar. in d. §. familiaris, nec est tertius aliquis, qui, vt proxeneta, deponat, quinimo vbi interuenisset, saltem criminaliter agendo, non posset deponere, quia se participem delicti faceret, vt no. Io. Monach. in c. i. per illum tex. de testib. in 6. & constat, quod si & vbi aliquis testis fuerit exhibitus

contra dictum nobilem, fuit tamē testis, non iustitiz zelo, sed malignitatis fomite, & conspiranter motus, & deposuit de auditu auditus, & non de facto proprio, iracundē, & vt inimicus, quibus casibus & eorum quolibet, nulli dāda fides, per tex. clarum in c. per tuas. 1. & 2. & vtrobiq. glo. extra. de decim. Et nō cōstat quod dicatur, quia vxori, domesticis, ministris, aliquid fuerit datum, nec similiter constat, quod dictus nobilis, vt officialis meus, aliquid receperit pro suo officio, & in his quæ spectarent ad eius officium, ex no. per Bal. in l. 2. num. 7. & 11. C. de constitut. pecu. argumento tex. in l. fi. C. de iurisd. omni. iudi. vbi iurisdictio coarctata ad artē, nō egreditur res eiusdē artis, & iuuat. l. 3. R. eodem modo. D. nau. caupo. stabul. & ibi Roma. vbi decimatum est, quod caupones tenentur, pro his, quæ recipiuntur in eo negotio, secus si extra negotium recipiantur. Imo non cōstat, nec constabit, quod fuerit meus officialis, vel minister, aur domesticus, nec eius qualitas patitur, & denique cōstat de suo, & meo bono nomine, & quod totum in cōtrarium fuit notabile, & demoniacum figmentum, maxime quia in toto processu nō est, nisi vnica depositio illius testis, qui, postquam testificauit, mortuus fuit, & in defensionibus contra illum probaui testibus omni exceptione maioribus, quod mihi minatus fuit in vi-

sta

sira vindictam sumpturum fore de me, & curaturum, vt mihi officium tolleretur, licet in tali sua pretentione vitam perderet (in quo prophetauit, nesciēs quid diceret, licet non esset Pontifex anni illius) vel licet immitteret pedem in inferno (quod vtinam pro Dei clementia non illi successerit) quemadmodū non successisse spero, quia moribundus ad se reuersus, vt optimus catholicus obiit, & mihi satisfactio nē per fideles nuntios misit, quemadmodum in defensionibus late constat, is inquam testis vnicus, & taliter obiectatus dicit, audiuisse à quodam ecclesiastico in maxima dignitate constituto in presentia trium personarum, quod datę fuerunt pecunię alicui nobili amico pro decisione, & expeditione aliquarum causarum, licet (inquit) in eo, quod dictus ecclesiasticus dicebat fuisse tractatū cum dicto amico, ipse intēdebat, me nihil scire, & tam dicta persona ecclesiastica grauis, de cuius auditu deponit dictus testis, quam persone illę tres nominatę per illū, quæ, vt ille aiebat, erant presentes, quando id di-

ctum fuit, omnes tam in p̄sensam ad instantiam fisci, quam in defensionem meam ministrati, qui allegantur fuisse presentes, cum id dicebatur, dicunt & deponūt, scilicet ecclesiasticus tale non dixisse, & tres alij, tale non audiuisse, quia nō fuit tale per dictum ecclesiasticum dictum. Et vnus ex dictis, 3. quia in offensionem dixit, quod à dicto ecclesiastico tale non fuit dictum, & cōsequenter ab illo nō fuit auditum, fuit in carceribus detentus per spatium duorum mēsiū, catena collo appossita, quia noluit contestari cum dicto teste falso. Ex quo elicitur, quam parui momenti sit p̄sumptio contra dictum nobilem, & quomodo iniuste fuit processum contra testem incarceratum, & quomodo ex friuola depositione inimici & falsarij, fuerūt iniuste procedimenta facta, tam contra dictum testem incarceratum, quia noluit falsitati plaudere, quam in procedimentis contra me ea de causa factis, licet postea in sententiā definitiua reuocatis, sed interim patitur iustus,



CAP. VI. AN LAPSO TEMPORE PER constitutiones iuratas praefixo, ad dandum querelas contra officialem Regium possint admitti per Visitatorem quarele ad partis instantiam? Et an Senator Regius possit querelari de male iudicato, cessante dolo, fraude, corruptione & barataria, ubi cum interuentu Concilij sententia est lata, stante statuto municipali id prohibente? Et quando index teneatur de male iudicato.

S V M M A R I V M.

- 1 **Q**VERELA non potest admitti, post lapsum termini legalis, per partem priuatam, cum sit nulla. n. 1.
- 2 Tempus, intra quod extinguuntur actiones criminales remissiuæ. n. 2.
- 3 Presumitur pro officialibus, & iudicibus. n. 3.
- 4 Commissio data ad tempus, eo transactio cessat. n. 4.
- 5 Constitutiones Cathalonie sunt leges pactionate, & debent seruari in vim pacti.
- 6 Confusio, & indeterminatio sunt vitanda. nu. 6.
- 7 Querela dari non potest de sententijs, seu promissionibus. Et cum conclusione Regie Audiencie Cathalonie. & nu. 10.
- 8 Supplicari non potest à sententijs latis, in causis supplicacionum confirmatorijs promissionum, a quibus est supplicatum. n. 8.
- 9 Querela non debet admitti contra indices de male iudicato. n. 9.
- 11 Concilium Regium Cathalonie est supremum, & ab eo non appellatur, sed de benignitate Regia supplicatur. nu. 11.
- 12 Comes Barcinone non recognoscit superiorem, quia habet iura Imperij in Cathalonie. n. 12.
- 13 Causa non potest exirari a Cathalonie. n. 13.

C A P. VI.



PAPIS temporibus, per ca. curie rone visitate factum in cuius Barcinone, anni 1599. praefixis ad inquirendum pro offensionibus, cum intra illa nulla ad instantiam partis priuatae querela fuerit proposita, sed tantum ad instantiam fisci procuratoris, insurrexit in me quidam, qui conquestus

stus est me (vt dicebat) illum grauasse in quadam prouisione, quam feceram. Contra qua, licet illa tanquam equum Seianum non formidare deberem, cum sint veluti aurum Tholosanum, & in nihilo fulsita ex se ipsis corruant, & consequenter defensione non indigent: vendibili vino suspensa hedera opus non sit, & non sit trepidandum timore, ubi non est timor, Psal. 13. Nihilominus tamen, quia teste Paulo ad Rom. c. 1. sapientibus & insipientibus debitores sumus, ad abundantem cautelam, qua nocere de iure non solet, l. testamentum ubi Bal. 3. not. C. de testam. l. si pupilli P. item si procuratori ubi Bart. vers. & sic not. D. de negot. gest. haec (laconica breuitate utedo) tanquam ex Hesperidum hortis redolentiores fructus in vnum colligendo, animaduertenda putauit.

I Primo quod non potuit, nec debuit asserta querela admitti post lapsum tempus constitutionis Cathalonie iuratae, ad illas dandum praefixum, & statutum; imo illa, & omnia procedimenta facta in offensam, praeterito dicto tempore, sint nulla, tanquam tempore inhabili, & extra tempus habile facta, vt in terminis tenent Bart. in l. proprietarium num. 6. C. de iudic. Bal. in l. si vacantia num. 10. C. de bon. vacat. lib. 10. idem consil. 298 praemittendum nu. 1. vol. 2. Jul. Clar. in pract. crimi. P. 1. q. 51. num. 6. Aegid. Bossi.

tit. de official. corrup. pecun. nu. 32. Ferrat. cautel. 14. nu. 10. qui loquitur in casu, quando fiunt proclama, quod volentes praesentare querelas eas dent intra certum terminum, pro vt in hac visita & syndicato, iuxta dictam constitutionem, est factum, idem confirmat Castillo de Bouadilla lib. 5. Polyticae cap. 1. num. 170. vol. 2. pluribus rationibus, quas esset longum & superfluum recensere, cum ab eo peti possint, ne corniculam Horatianam agere videar, & crescentes inflem crebris sermonibus vires, & quae sint Caesaris Caesari, et quae sunt Dei Deo redda, Luc. 20. d. Latè de his clarissimus I. C. Iacobus Cancerius tom. 3. var. resol. c. 12. num. 21. cum pluribus seqq. aliquas tamè ad nostrum propositum inducam.

2 Prima est, quia licet regulariter actiones criminales certo tempore durent, quo lapsa & non antea extinguantur, vt videre licet in l. querela ubi glo. C. de fals. & late per Iul. Clar. dicta q. 51. qui alios allegat, qui loquuntur de diuersis temporibus, quibus extinguuntur actiones criminales diuersorum delictorum respectiue: tamen in querelis proponendis super delictis iudicum, & aliorum officialium, seruari debet tempus legis vel constitutionis, quamuis sit modicum. Ratio est, quia pro officialibus praesertim iudicibus praesumitur. l. 2. ibi quod non a bis tramur, C. de offic. ciuil. iud. l. 1. C. de praedi. de cui. lib.

10. c. illud c. ad audientiam extra de præscrip. Bald. in l. 2. per illum tex. C. qui accus. non pos. & in l. fi. num. 10. in fi. C. de fideicom. libert. Par. de Put. de syndic. c. 1. numer. 5. quod late prosequutus sum supra c. 1. in secundo discursu generico. Ideo non debet tantum tempus expectari, vt molestentur, sicut alij, pro quibus non præsumitur, nisi ex generali ratione c. fin. extra de præsumpt. & sic merito per constitutionem fuit tempus moderatum, & vltra illud inquietari non debent.

4 Secunda est, quia syndicator nõ habet aliam commissionem ad syndicandum, nisi que data est ei per dictam constitutionem, & cum per eam, a qua iurisdictionem habet, sit limitatum tempus ad dandum querelas per partes ad certum terminum, sicut non possunt dari, ita nec recipi lapsõ dicto termino, quia correlatiuorum eadem est ratio. l. 1. C. de cupress. libro 10. Ideo eo tráfacto cessat commissio, & iurisdictione, & ad id reputatur tanquã priuata persona tex. est ad id in l. cum Prætor D. de iudic. atq. l. extra territorium D. de iurisd. omn. iudic. ad tradita per Ab. in c. de causis numer. 9. extra de offic. deleg. & in c. venerabilis numer. 13. extra de iudic. Felin. in ca. cum legebatur in fi. extra de maior. & obedi. & limitata causa limitatum producit effectum. l. in agris D. de acquit. ter. domini. cum concord.

5 Tertia, quia constitutiones Cathalonie sunt leges pactionata, lata per dominum Regem cum cõcõsu, vel ad supplicationem trium brachiorum, Ecclesiasticorum scilicet, militum & vniuersitatũ Regiarum, constit. fin. tit. de vlat. constitut. quam exornat Iac. Calic. in extrauagat. cur. c. 2. nu. 20. vt sunt cap. curiæ 5. 6. & 7. curiarum domini Regis nostri Barcinone anni 1599. prædictam visitam statuentia, vnde in vim pacti sunt seruanda, c. 1. extra de pact. & c. 1. de probat. & vtrõbq. doctores canonistæ, & legistæ in l. iurisdictionem in princ. D. de pact. Bal. in l. digna vox in fi. C. de legib. & in l. Princeps legib. D. eo. videndus ad id Bellug. in Spec. Princ. rub. 1. numer. 12. & ibi Borrel. super verb. *naturam contra-* *ctum*, & rub. 2. nu. 2. vers. *Sciãs* & rub. 9. num. 27. Et officiales, quibus officia sunt commissa, consili de dispositione dictæ constitutionis pactionatæ, ea acceptarunt, & sic non debent ad incogitata compelli, vt vltra tẽpus dictæ cõstitutionis possint molestari, argum. l. cõ Aquiliana vbi Ias. nu. 20. de transac. l. si quid earũ P. fi. D. de leg. 3. c. veniens & ibi glos. extra de iureiur.

6 Quarta, quia si id permitteretur, sequeretur indeterminatio & confusio, nam admittendo querelam partis tempore constitutionis tráfacto, dandus erit terminus reo ad se defendendum iuxta dictam constitutionem, & si postea alia

alia querela recipiatur, esset iterũ dandum tempus ad defensionem, dareturq. progressus in infinitum, & nunquam finiretur visita, sequereturq. confusio diuersorum temporum indiffinitorum offensionis & defensionis confusẽ, & esset vnũ Chaos Anaxagore, & iuxta Ouidium *Rudis indigestaq. moles*, contra tex. in l. vnic. C. de sent. quæ pro eo quod inter. l. fi. C. de sac. sanct. Eccles. Ias. in l. quominus num. 136. D. de sum. & consequenter elusoria fieret dicta cõstitutio, limitãdo & præfigẽdo ac determinãdo terminũ offensæ, defensæ ac sententiarũ ferendarũ in dicta visita, pro bono publico Principat. administratiõnis Iustitiæ, & vt salarijs & expensis Regni excessiuis consulatur.

Item animaduertendum est, quod de prouisione prædicta, dixit sensisse se grauatum, non solum dictus aduersans, sed etiam contraria pars, cum neutri partium prædicta prouisio placeret, quam solus, non factõ verbo in Regio concilio feceram, & sic ambæ partes ab ea supplicarunt, & in causa supplicationis grauamina per eos prætesa deduxerunt, vtendo remedio ordinario, si grauaris appella, & in dicta causa supplicationis, habita de omnibus ratione per partes hinc inde respectiue deductis & allegatis, & signãter deductis tunc per dictũ quendã prætensis grauaminibus, quæ postea voluit, sicuti canis ad vomitum redeundo, eadem in tẽ-

pestiue, & extra tempus coram dicto visitatore, ac si res esset integra, & iudicium habile, & non esset super illius ius dictum, ad illius instãtiam electum & prosequutum fuit, referente mag. Ioanne Magarola iudice dictæ causę supplicationis, facta conclusione in Regia Audiẽtia, dicta prouisio nedum confirmata, verum etiam quantitas in debitum dicti cuiusdã condẽnata, fuit aucta ad plus mille librarũ monetæ Barcinone. Ex qua sententia in causa supplicationis lata cum conclusione Regiæ Audiẽtiæ, restat purgatus omnis & quicunq. prætesus defectus, qui poterat pretendi contradictam prouisionem in contradictorio iudicio confirmatam. A deo, vt non possit aliquis de ea amplius conqueri, tum quia habemus constitutionẽ in Cathalonia incipi. [Poc valria] tit. de ob-

7 ser. constit. iuxta quam non potest dari querela de sententijs & prouisionibus factis cum conclusione Reg. Conc. Tũ quia in ista cõfirmatione non militat illa regula, quæ confirmat nihil de nouo facit c. r. & tot. tit. ex de confirm. vtil. vel inutil. Barr. Alex. & doct. in l. moræ l. & quia D. de iurisd. om. iud. per l. Aurelius P. testamento D. de lib. legat. Imo cõfirmatio facta in Regio Concilio est tantæ efficacis, vt dispositio accipiat vires ex cõfirmate, iuxta glo. in l. eos. r. verb. vel iniustã vbi doct. C. de appell. & iã nõ dicitur prouisio dicti relatoris, sed sen-

tentia & decisio Regij cōcilij. Omnia enim sua facit, quibus auctori-
tatem suam imparritur, vt dicebat
Iustini. Imper. in l. i. ubi. *Omnia enim
nostra facimus.* C. de ver. iur. enu. &
si quid commissum est, quod non
creditur, iam non mihi, sed dicto
magnifico relatori causę supplica-
tionis imputandum esset, & pro eo,
non debui ego quærelarij ne di-
cere possim à contrario sentu.

*Hos ego versiculos feci, tulit alter ho-
nores.*

Vel potius cum Horatio.

*Quidquid delirant Reges plectuntur
Achivi.*

Et vt dicunt, alius peccat alius ple-
ctitur, quia sequitur sua pœna no-
centem & suum autorem. I. sancimus
C. de pœnis, tot. tit. D. ne filius
pro patre, & tit. D. ne vxor pro ma-
rito.

Lata dicta sententia per dictum
mag. Io. Magarola in dicta causa
supplicationis, confirmatoria, ne-
dum primitiuę meę prouisionis,
verum illi addendo modo, & for-
ma prædictis, iuxta l. ampliotem C.
de appellat. & alijs, cum instaretur
decretum executionis, tam dictæ
sententię, quam prouisionis confir-
matę in illa coram mag. Raphaelē
Rubi & Coll Regię audientię D.
tunc dictę causę relatore, cum di-
ctus quidam ad impediendum exe-
cutionem dictę sententię & pro-
uisionis, eademmet prædicta gra-

uamina, quę in causa supplicatio-
nis ante prolatam sententiam di-
ctę supplicationis causę, eandem
cantilenam reiterando, proposue-
rat, fuit nihilominus per dictum
mag. relatorem (illis non obstanti-
bus & repulsis, tanquam nō substi-
tentibus) prouisum decretum exe-
cutionis dictę sententię confirma-
torię dictę meę prouisionis. Et cū
a dicta prouisione decreti execu-
tionis, referente dicto magnifi. Ra-
phaele Rubi & Coll facta, dictus
quidam iterum supplicasset, & cau-
sa prædictę supplicationis fuisset
commissa mag. Iacobo Putgmija
R. A. D. & dictę causę relatori, & in
dicta causa supplicationis coram
dicto mag. Putgmija ventente, fuis-
sent eademmet prætenfa grauami-
na (quę coram dictis magg. Maga-
rola & Rubi fuerunt proposita, idē
saxum voluendo, & nunc calum-
niosē in iudicio, intempessiuē, vi-
sitæ ausus est proponere, non ob-
stante exceptione iam tunc rei iu-
dicatę) fuit per dictum magnific.
Putgmija dictę causę supplicatio-
nis vltimæ relatorem, habita de
omnibus illis prætenfis grauami-
nibus debita ratione, cum noua
conclusionē Regię Audientię, di-
cta prouisio per dictum mag. Rubi
facta, confirmata, & dictus quidam
condemnatus, repulsis per illum
prætensis in dictis grauaminibus,
non curando verba infamatoria,
vltimū iudicium in curia datum,
contra impugnantes sententiam
Senatus

Senatus in rem iudicatam transa-
ctam. Et licet non haberemus ius
municipale seu commune nostrū,
pro vt habemus expresse constitut.
R. Philippi. I. in i. curia Montisso.
8 anno. 1547. tit. de suppli. de sentent.
quod de prouisione confirmata in
causa supplicationis amplius non
potest cōqueri: habemus etiam de
iure cōmuni, vltra tradita per Bo-
uadilla vbi supra, quod non potest
de dictis prouisionibus de nouo
conqueri, Aymo. Craue. conf. 976.
nu. 21. Matth. de afflict. decis. 343.
Nauar. in c. cum contingat 2. fun-
dament. versic. 8. extra de iure iur.
Didac. Couar. in practi. quæst. c. 35.
n. 7. versic. *Iustitia huius*, Calderinus
conf. 11. de vsur. Idem Nauar. in
Manuali c. 17. n. 283, Anto. Maria in
tit. de electio. opin. tit. communis
opinio n. 18. conducunt notata per
eundem Crauet. de Antiq. tempo.
part. 1. P. quarto limitatur num. 68.
Hyppol. Rimin. conf. 7. nu. 89. Iose.
Ludou. decis. 7. Perus. nu. 19. Meno.
conf. 343. n. 27. & conf. 345. nu. 26.
& lib. 2. præsump. præsump. 71. nu.
16. faciunt notata supra in cap. 2. de
except. rei iudic. Et cum omnes su-
pradictę prouisiones & sententię
fuerint in rem iudicatam transactę,
elicitur præsentī querelę casu quo
tempore habili esset facta, et ius
aliquod dicto cuidam cōpeteret,
quod ex dictis & alijs negatur, ob-
stare exceptionē rei iudicatę l. 1. &
tot. tit. D. de except. rei. iudi.

9 Item, animaduertendum pro-

pono, quod in visita seu syndica-
tu non possunt nec debent admit-
ti querelę de male iudicato super
meritis causę, quod decem funda-
mentis demonstrat Bouadilla vbi
supra lib. 5. c. 3. quę non refero, cū
ab eo mutuari possint, me longius
quam par sit præsens responsum
protrahatur, cum sufficiat solum
esse Mercurium in triuio, & digito
fontē indicasse, sed aliqua ad meū
propositum adaptabo.

Primum igitur fundamentum
adductū per Bouadilla aptum est
ad negotia huius partię applicari,
cum habeamus dictam constitut.
[Poch. vltia.] de qua supra, quę
vulgo nuncupatur [la constitucio
de la obseruança] in qua habetur,
quod non admittantur querelę de
sententijs & prouisionibus factis
in Regio cōcilio: & cum dicta pro-
uisio sit confirmata cum duabus
conclusionibus in Regia Audien-
tia factis, si de illa admitteretur
querela, contrauentum esset dictę
constitutioni, & vna via promitte-
ret id, quod alia non debet admit-
ti, & ita non obstante re iudicata,
litium nunquam esset finis, & do-
minia rerum essent sub incerto, cō-
tra l. 1. cum simil. D. de vsu cap.

11 Secundum fundamentū militat
in nostro casu. Nam Regium Con-
cilium Cathalonix est supremum,
& ab eo nō appellatur, sed de equi-
tate & Regia benignitate admitti-
tur supplicatio in eodem concilio,
iuxta auth. quę supplicatio C. de

præcib. Imper. offeren. & eius sententia & prouisiones exequuntur cum litteris Regijs, Regio sigillo munitis, & in summa sunt sententia domini Regis & Comitis Barcinone non recognoscentis superiorem, vt ex nostris practicis dicit Iacob. Calic. in vatic. cum dominus nu. 6. & 14. & in suo directorio pacis & treu. dub. 1. vbi plenissime id resoluit, præsertim ea ratione, quia vocatur Princeps in vatic. Princeps namq. vfat. simili modo, vfat. auctoritate & rogatu cum alijs pluribus. Princeps enim dicitur qui non recognoscit superiorem c. per venerabilem vbi Ab. nu. 10. extra qui fil. sint legit. l. Princeps legib. D. de legib. l. 1. de cõstit. Prin. & P. sed & quod Principi placuit instit. de iur. nat. gent. & ciu. & sic Cathalonia vocatur Principatus, sicut dicitur Principatus Romanorum terra, quæ Principi Romano, Imperatori sicut, est subiecta in auth. de hæred. & falcid. prope fr. collat. 1. & ita habetur in chronicis, quod Comes Barcinone Goffredus Pilosus habuit Comitatum & totam prouinciam cum remissione omnis iuris superioritatis ab Imper. Carolo Caluo, (non autem à Lud. Pio, vt passim habetur, vt ex computatione temporum patet) anno domini 875. Æra Cæsaris 915. & ita professus est expressè Rex Petrus III. in pragmatica dat. Barcin. 23. Februa. anno 1380. tit. de leys 2. vol. De Sereniffi-

mo Rege Aragonum, idem testantur Belluga in spec. Princ. rub. 12. P. quedam nu. 70. Oldrad. consil. 231. vt eius de quo queritur & Pet. Ludon. Martinez in alleg. pro Regno Aragonum, par. 1. n. 235. Et generaliter de potentissimo Rege Hispaniæ idem asseuerant glo. in c. Adrianus dist. 63. Ab. in c. super specula. n. 3. extra de privileg. & in c. nouit n. 16. extra de iudic. & in c. per venerabilem nu. 9. extra qui filij sint legit. Matienzo in l. 3. tit. 10. glof. 7. nu. 2. lib. 5. Lud. Monralt. in tract. de reprobato. sentent. Pilar. artic. 4. n. 3. Anto. Corsetus late in tract. de potestate Regia par. vlt. nu. 66. Nicol. de Vbald. tract. de succes. ab intest. prim. par. nu. 82.

Procedit etiam alia ratio. Nam si daretur locus, vt syndicatores admitterent querelas de male iudicato, contra fieret constitutionibus Cathalonix, in quibus habetur, quod causæ non possunt à Cathalonia extrahi, sed ibi finiti debent, vt est constitutio serenissimi Regis Petri II. in curia Barcinone an. 1383. c. 1. & alia Catholici Regis Ferd. 2. in 1. curia Barcinone anno 1481. c. 3. alia inuictissimi Impera. Caroli Max. in 2. curia Montiffon. an. 1534. c. curiæ 5. quæ sunt in tit. de iurisd. de tots jutges. Nam pars grauata in causa syndicatus, si appellaret ad supremum concilium coronæ Aragonum, ibi tractandum esset demeritis illius processus, super quo prætenditur malefuisse iudicatum: & sic

& sic de dicta causa tractaretur in dicto supremo Regio Concilio extra Principatum Cathalonix, & in directè fieret quod directo non est

permissum, contra regulam. c. cum quid de reg. iur. lib. 6. l. scire oportet P. 1. D. de tut. & curat. dar. ab his.

CAP. VII. IN QVO LATE DISCVTITUR, AN DOCTORI REGIJ CONSILIJ, DURANTE SYNDICATU, POSSIT IURIDICÈ FIERI MANDATUM DE EXEUNDO À CIUITATE, IN QUÀ RESIDET, & SUSPENDI AB EXERCITIO SUI OFFICIJ, TAM DE IURE NOSTRO MUNICIPALI IURATO, QUAM DE IURE CIUILI & CANONICO?

SUMMARIVM.

- | | | |
|---|---|---|
| E | <p>STYLVS Cathalonia & consuetudo non admittunt, vt dum quis syndicatur, eijciatur, a domo & ciuitate, vel suspendatur. num. 1. 2. & 3. De domo extrahitur quis propter iniuriam, nu. eod. 1. Syndicandi residere debent in loco vbi administrarunt. n. eod.</p> | <p>5 Cause cognitio, præcedit damnationem & requirit citationem, n. 5. Citationem anteponunt leges nostra cõdemnationi. d. n. 5. Rex non potest, multo minus alij, damnare aliquem indefensum, d. n. 5.</p> |
| 2 | <p>Vfus & consuetudo generalis debet seruari vt constitutio, nu. 2. Violantium constitutiones, quæ sint pœna. d. nu. 2.</p> | <p>6 Via vna prohibitorium alia nõ debet admitti. n. 6. Forma data per constitutiones non alteratur. d. n. 6.</p> |
| 3 | <p>Leges extraneæ non sunt irahendæ ad nostrum Principatum, maxime vbi sunt contrariæ. nu. 3. Castella suspenduntur syndicandi, sed non practicatur lex, nisi in certis casibus. 1. nu. 3.</p> | <p>7 Confiscatio honorum non debet fieri per indirectum. n. 7. Puniri quis non debet, nisi prius examinetur culpa. n. 8. Pœna maiori, quã sit applicata, vel ea, quæ non est in sententia dicta, nemo est puniendus. nu. 9.</p> |
| 4 | <p>Leges patriæ anteponuntur alijs. n. 4. Rex iudicat in Cathalonia per directum, & fugit omne iniquum. d. n. 4. Instituta quid sint & quid dicent iuris præcepta. nu. eod.</p> | <p>10 Formæ pœnæ sibi datæ visitator nõ potest alterare. n. 10. & quæ sibi datur. n. 12. Officiales Regij syndicantur hodie sub certa forma. d. n. 10.</p> |
| 5 | <p></p> | <p>11 Permissa certo tempore, ante vel post dicuntur prohibita. n. 11.</p> |

- Lex quod vult dicit, maxime in pœna-
libus, id seruandum. d. nu. 11.*
- Executio non debet esse principium
cognitionis, d. n. 11.*
- 12 *Clauſula, nō aliter, nec alio modo, resol-
uit, nu. 12.*
- Forma dat esse rei, & quis latē agat de
ca. d. nu. 12.*
- Formam inducit, quod lex requirit. d.
num. 12.*
- 13 *Militaribus non imponitur pœna per
officiales, nisi ipsi velint. n. 13.*
- Militares non exeuntur in bonis, ni-
ſi in persona, demptis certis caſibus,
d. nu. 13.*
- 14 *Pœna non ſunt multiplicanda, & ſunt
commenſuranda, & ubi non eſt de-
lictum non eſt pœna, nu. 14.*
- Pœna eiectionis de domo & ciuitate, &
ſuſpenſionis, multos vita priuauit. d.
num. 14.*
- 15 *Poſſeſſione ſeu quaſi nemo priuandus
abſq; cognitione cauſe, nu. 15.*
- Doctores Regij Concilij diſcuntur habe-
bere officium, vel locum, d. n. 15.*
- 16 *Doctores Regij concilij tenentur ad cō-
tinuam reſidentiam, nu. 16.*
- 17 *Commiſſiones non poſſunt fieri contra
formam antiquam, vel contra con-
ſtitutiones, nu. 17.*
- Rex & dominus tantum habet viſita-
toris nominationem, d. n. 17.*
- Reſcripta vel priuilegia contra conſti-
tutiones non tenent, d. n. 17.*
- 18 *Officiales ordinarij cuiuſcuq; ſtatus
ſeu gradus, non poſſunt vii commiſ-
ſionibus, ſed ſola ſua ordinaria pote-
ſtate, nu. 18.*
- 19 *Officia non debent ſe mutuo impedi-*

re. num. 19.

20 *Mutare conſilium bonum eſt. num.
20.*

CAP. VII.



VANTO plus luci-
dior, ex mearum al-
legationum capitib⁹,
reſultat deſenſio; tā-
to magis ab æquita-
te, & iuris rationē deuiſſe vi-
detur iniunctum mihi per Regiū
Viſitatorē 16. April. proxime
effluxi anni 1612. vt me in villam
de Falcer conferrem. Similiter &
ſuſpenſio, quam ante inquisitionis
publicationem fecit exercitij mei
officij, poſt 23. annos ſeruitij ſuæ
Maieſtati preſtiti, in diuerſis officijs
Regijs mihi commiſſis, cum ſatiffa-
ctione ſeruitiorum meorum, cō-
tenta in ſententia per ſuam Maie-
ſtatem in Concilio Supremo co-
ronæ Aragonum 29. Aprilis 1605.
lata, relatōre eodem met viſitato-
re, in qua eſt clauſula tenoris ſequē-
tis. *Deanda que, & probata in deſen-
ſam, & quod per plures annos in ſerui-
tio noſtro incubuerit, & in officio Af-
feſſoris noſtri Gubernatoris, quam Re-
gij Conſiliarij criminalis & ciuilibus, in
quibus grauib⁹ eidem negotijs comiſ-
ſis per Locumtenentes noſtros, maxima
cura & integritate in eis proceſſerūt; &
quod ſit tandem honeſte vitæ & fama,
vt religioſi per ſe eſt vitæ, & alij graues
teſtes in deſenſionibus reſtantur. Hæc
ſententiæ verba. Vtrumque cum
con-*

constitutionibus Cathalonix ge-
reralibus, Barcinonæ vſaticis, pri-
uilegijs, vſibus, ſtylis, et libertatibus
huius Principatus pugnare, palam
oſtendere conabor, & in ritu, ac re-
cto in materia & forma hæc proce-
dimenta peccaſſe. Et quia, vt ele-
ganter clariffimus I. C. Franciſcus
Gil Regij Concilij criminalis Re-
gni Valentix Senator preſtantiffi-
mus, in ſuo aureo Reſponſo typis
impreſſo in fauorem Alphoſi Gil
patruſi ſui edito n. 1. & 2. affirmat,
veritatem in paucis conſiſtere &
verborum adminicula non defi-
derare I. I. C. ſi mino. ab hæred. ſe
abſtin. maxime quando loquimur
cum Principe non opus eſt iura
allegare, Neuſ. in ſylua nup. lib. 5.
nu. 67. allegans Bologn. in reper.
auth. habita C. ne fil. pro patr. col.
27. breuis ero, licet dum breuis eſſe
labore obſcurus ſiam, vt canit Hora-
tius.

I Primò eſt contra ſtylum, & in-
ueteratam conſuetudinē, qua ſem-
per & continuo obſeruatam fuit,
vt nulli mandetur ſub pœna cor-
porali, pecuniaria, certa, aut aibi-
trio reſeruata; quod domo ſua de-
ſerta, peregrè proficiſcatur, & iter
in longinquas faciat terras, quæ
ferè per viginti diſtant à præſenti ci-
uitate leucas, & extra vicariā, in cō-
finibus ſunt conſtitutę Regni. Qui
ſtylus, & conſuetudo iuri conſonāt
communi, nam licet aliàs de domo
ſua quis extrahi propter iuſtitiam
poſſit, vt poſt. Bal. aduertit Deci. in

l. nemo de domo nui. 4. D de regul.
iur. at vbi agitur de ſyndicando ali-
quem, præcipiunt iura nequis
cedat, vel, vt interpretatur Accur.
recedat a loco, vbi officium regit
atque adminiſtrat, per tempus præ-
ſtitutum, quod eſt 50. dierum. De
his eſt tex. et gloſ. verbo extendere
in l. 1. & idem ſentit auth. ibi poſita.
C. vt omnes iudi. tam ciuil. quam
mili. id ipſum probat tex. & ibi gloſ.
verb. præcipimus, in l. conſiliarios.
C. de aſſeſſor. & domeſti. vbi reſi-
dentiam dicto tempore tex. iniun-
git. Quod in tenentibus tabulam,
quam ſyndicatum appellamus, ex-
preſſe approbat tex. in conſtitu. 18.
ſub tit. de offici. iudi. tabul. lib. 1. fol.
mihi 118. vbi expreſſè cauetur,
quod ſyndicandus non poteſt ex-
ire ex loco vel ciuitate, aut eius ter-
mino; vbi iudicium ſyndicatus
purgat. Ergo viſitator, vt iuris mi-
nister, & qui iurauit conſtitutiones
obſeruare, audita propterea ſentē-
tia excommunicationis, non videtur
potuiſſe ſuo ſenſu innitendo, fru-
ſtrare dictas diſpoſitiones, præſen-
tiam & reſidentiam ſyndicandi diſ-
ponentes; & abſentiā ac diſceſſum
prohibentes, contra tex. in c. 1. & in
c. ne innitaris. extra de conſtitutio.
Quoniam vt erudite, more ſuo ſo-
lito, dictus Franciſcus Gil, in dicto
ſuo mirabili Reſponſo n. 47. com-
probat, iudex, tam delegat⁹, quam
quilibet alius, debet cuncta rimari,
& ordinem verum, ac omnes cir-
cuſtantias plena indagacione diſ-

cutete, allegando tex. ad lit. in c. iudicantem, 30. q. 5.

2 Et quod dicta iura dicunt de nō exeundo, vel recedendo, & in consequens de non extrahendo syndicanum à loco; stylus, consuetudo, praxis, & obseruātia notoria huius Principatus produxit ad suspensionem, vt suspendi non debeant syndici durante inquisitione. Qui stylus, & obseruātia habetur pro lege, & cōstitutione patriæ, vt sentit tex. notabilis in constitu. 10. incipien. desijants tit. de obser. constit. lib. 1. & cap. 13. & 17. illo tit. vbi prædicta iura laudat praxim, vsum, & consuetudinem introductam in fauorem ecclesiasticorum, militū, vel ciuium, non minus quam ipsas constitutiones: derogatq. contrarijs vsibus, volēs dici vere abusus, qui contra dictos vsus, & consuetudines, ac practicas viles introducuntur; & diffinit tandem, vt dicti vsus, practicae, & consuetudines inuolabiliter obseruentur, sicut capitula curiæ, & constitutiones generales. Pœnæ autem violantium prædicta iura sunt multiplices, quæ sunt sparæ, & seminatae in toto prædicto tit. de obseruari constitutione. quæ sunt impositæ omnibus, & quibuscunq. officialibus, tam ordinarijs, quam extraordinarijs, siue iurisdictionem exercent, siue non. Principio siquidem pœna est adiecta pecuniaria mille morabatinorum auri, cap. 7. illo tit. Insuper officialiales habentur pro personis

priuatis, & si non reuocantur actus contrarij, contumax vltra dictā pecuniariam pœnam, puniendus venit in quingentis florenis auri Arago. sententiam excōmunicationis incurrit, inhabilis est ad quæcunq. officia tam iurisdictionis, quā sine iurisdictione, & actus sunt facti vaniloqui, nulli & cassi, ex l. non dubium. C. de legib. vt latè disponunt constitutio. 9. incipiens com la potissima & 11. incipiens poc valria dicto tit. de obseruari. constitut. Quorum iurium obseruantiam tanti fecerūt serenissimi Reges, vt pro sua clementia, & virili constantia præceperint, vt si de plenitudine potētiae, motu vel proprio, certave sciētia, quacunq. ex causa, aut ratione, fuerit per Regiam Celcitudinem in contrarium quid iussum, illud minime seruetur, etiam si primo, secundo, & tertio fuerit iussum. Inobedientia siquidem tali in casu virtus reputatur in d. c. poc valria col. 2. ad medium. Quinimo contrariū agens incidit in vitium, & reatum, ac peccatum committit, vt aduertit rationem adferens Azeued. l. 3. in initio, & nu. 1. tit. 18. lib. 8. Idem mandasse Antigonom, alij dicunt Antiochum, vt ferunt Cartar. de sententia contuma. cap. si. nu. 341. Ferdinan. Mendoc. de pact. lib. 1. c. 5. q. 2. parum ante nu. 36. fol. mihi. 221. & prius n. 5. ad mediū & Mari. Muta in leg. Reg. Sicil. to. 1. in proœmio n. 41. & seq. & don Ludou. à Paguera in proœmio suæ practicae cap.

cap. 2. nu. 9. cum seq. Quas omnes constitutiones, & alix, quæ disponunt dictos violatores teneri parti ad interessē, & ad damna, & quod Deputati Cathalonie possunt, & tenentur dictarum pœnarum executionem instare, iurauit, ratificauit, & confirmauit Maiestas dñi nostri Regis in Cōmitijs Barcino. an. 1599. celebratis. Qui stylus est cōsonus legi, & vsui Regni Neap. vbi officialis non remouetur, nec suspenditur propter querelas porrectas Principi, vt obiter testatur Afflict. in cōstitut. Regn. Rubri. 37. in constitutione incipien. statuim⁹ num. 45.

3 Et quāuis Ioseph. Cumia, in praxi syndicus c. 17. n. 9. referat, durate inquisitione, pro excessuum enormitate, consueuisse Principem mandare, vt interim officialis sit suspensus, argumento P. suspectos Instit. de suspect. tutorib. & Castellæ ita obseruari testetur Alfonf. Azeued. l. 14. tit. 7. lib. 3. Id tamē in hac Prouincia non est attendendum, non tantum quia nō est lex tale dicens, quod satis esset ex l. illā C. de collatio. verum etiam quia est stylus, & obseruātia (de qua supra) in contrariū. Nec ab alijs Prouincijs, vbi non est talis libertas, vel prærogatiua, ad istam est bonum argumentum, tum quia est arguere a diuersis, contra l. si. D. de calumniato. & l. naturaliter. P. nihil cōmune. D. de acq. pos. tum quia, vt dici solet, quælibet Prouincia suo satis abundat

sensu: & non esset gubernare, sed potius dissipare, omnes vna mēsurā velle metiri, & regere Prouincias. Sicut enim per tempora, c. non debet extra de consang. & affinit. sic & per loca variatur leges & mores, vt no. per illum tex. qui ad hoc est aureus in l. ex ea. D. postulan. vbi lex ligans, quo ad vnā Prouinciam, non ligat, quo ad aliam, & ibi forte cōcurrunt rationes ad suspendendum, quæ hic cessant, & cessante ratione legis cessat lex. l. adigere. P. quamuis D. de iur. patronat.

Quod non sine fundamento dico, nā etiā Castellæ, vbi ex l. particulari potest fieri suspensio durante inquisitione, & fortificatione: offensionum, adhuc tamen non vtuntur syndicatotes illa lege; nisi officialis ex potentia impediat fortificationem, vel quando haberet notorias grauissimas offensas; extra quos casus illa lex, propter plura inconuenientia, nō practicatur, teste Bouadill. in politi. lib. 5. c. 1. tit. de la suspensio. nu. 190. cum seq. plusquā autem notum est dictarum rationum vtramq. in me cessare, & vt dixi cessat lex tale dicens. Tū quia nō potuit constare, nec ausus fuit allegare fiscus, me impedire, vīsūtū quia querelæ, quibus fiscus dolose me calūniabat, nō erant tales, quæ dictā pœnā postularēt, cū exitus acta pbauerit, secuta in mei fauorē scētētia absolutoria, nō igitur, erat faciendū q̄ canit Horatius.

Parturiri mōtes nascitur redicm⁹ mus.

4. Secundo principaliter dicti a & p, ram relegationis in villam de Falter, quam suspensionis, (supposito quod in hoc Principatu, sunt prius & ante omnes alias leges obseruanda leges patrie, iuxta cap. 40. curiae anni 1599.) sunt iudicandi, vt actus facti contra nostras leges, quibus cauetur Dominum Regem, & multo magis eius officiales, debere iudicare per directum, & nihil per iniquum posse diffinire. Id innuit tex. in vltic. quoniam per iniquum statim in princ. tit. de Guidatic. lib. 1. & in hoc fundatur totus titulus si contra ius vel vtilit. publicam, est tit. 23. lib. 1. in noua compila. constitu. Cathalo. vol. 1. vbi in constitutione 2. cauetur, quod ad preces alicuius nemini est auferenda iustitia, idem quod dicit de precib⁹ Serenissimus Rex Iacob. I. eo in textu est intelligendum de importunitatibus. Nam ob filci importunitatem nulli est auferendum, quod iuste sibi debetur, ne iniuria nascantur, vnde iura nascuntur, l. meminerint C. vnd. vi, idq. dicitur alterum iuris praeceptum, quo cauetur, ius suum cuiq. tribuendum, & neminem ledendum, tex. in P. iuris praecepta in tit. de iusti. & iure, huiusmodi enim legibus appetitus debet moderari, vt habetur in proce. decretaliu. Hinc Alfons. 2. in constitutione 4. eiusdem tit. si contra ius & vtilit. publicam disposuit, nullam epistolam Regiam, seu codicillum, impetratum vel impe-

trandum subsistere, contra priuilegia generalia, vel consuetudines, & vsus alicuius loci, quod Iacob. 2. in constitutionibus seqq. extendit ad codicillos, seu literas Regias concessas, vel concedendas, contra capitula curiarum, seu ordinationes, tam praesentium, quam futurarum curiarum, esset enim per iniquum, vel ad preces, vel ob importunitatem haec auferre, vel alicui negare, quod iuste sibi debeatur, contra dictum vltic. Quonia per iniquum, & clarius contra alium tex. in vltic. incipien. alium namq. nobilem est 7. tit. de dret del filc lib. 10. vol. 1. ibi *è tenguessen iustitia, è intjassen per dret,* & in ijs consistit omnimoda iustitiae diffinitio, cum doceat constanter & perpetuo ius suum cuiq. tribuere, in prin. instit. de iusti. & iur. cuius vltic. verba predicta, *è intjassen per dret,* fuerunt expresse confirmata per Serenissimum Petrum II. anno 1359. cuius constitutio est 15. incipit primerament tit. de confirma. de constitu. lib. 10. quae per errorem posita fuit in vol. 3. nouae recollectionis, in qua constitutione similiter cautum est, obseruandas esse constitutiones disponentes neminem danandum esse absque causae cognitione, praecipitq. vt ta dictus vltic. quam praefatae constitutiones obseruentur inuiolabiliter, non obstantibus in contrarium per Regem, & alios factis, dictae autem constitutiones, sunt 2. & 3. tit. de penas corpora. libro 9. vol. 1. qua-

quarum 1. ad condemnationem alicuius, etiam si sit ad manuletam, postulat causae cognitionem, secunda vult, vt nemo ante defensionem damnetur, rationem assignari in c. 1. allegationum, agens de defensione generica; cumq. defensio, & causae cognitio postulent, vt nulla poena quis afficiatur inauditus, non citatus, vel ad plenum defensus, toto tit. de citations in constitu. Cathalo. & est tex. clarus semper notandus, qui omnia iura superiora confirmat in c. 4. tit. de somerent lib. 9. vol. 1. & est consuetum in nostris constitutionibus, vt ante condemnationem ponant citationem, c. 7. de depositis ibi *y citar y fer condemnar.* lib. 4. & dictarum constitutionum illa 2. tit. de penas corporals fuit incidenter confirmata in pragmatica Regis Iacob. II. 1321. Dertu se, habetur in vol. 2. lib. 9. tit. de accusat. 1. in P. caeterum. fol. 135. Citationem enim inter alia postulat causae cognitio, no. communiter in l. nec quidquam P. vbi decretum D. de offic. Proconsu. & Papa idem ait, nihil posse diffinire contra partem in auditam c. 1. extra de caus. posses. & proprieta. Si igitur Princeps contra tot & tantas constitutiones & iura nihil potest ordinare, sub nullitatis decreto, cum per directum sit iudicatus, & nihil, quod ad iniquum inclinet, valeat agere; & sic defensionem tollere nequit, nec aliquid absq. cognitione causae, & sic non precedente ci-

tatione possit disponere: multo magis est id affirmandum in alijs sibi inferioribus, arg. auth. multo magis C. de sacr. sanct. Eccles. Et si in ijs vincitur Princeps per constitutiones propter suam clementiam & iuramentum, rationabilius est, vt victi ceseantur, qui ab ipso Principe facile vincuntur, vulgata reg. l. de accessionibus D. de diuer. & tempora. praescriptio. Ergo nulla ratione poterunt sustineri dicti actus facti, quorum quilibet inclinatur ad poenam corpoream, videlicet accessus in villam praefatam, in quam ire iussit, ex causis animum suum mouentibus, non iustificatis, nec regulae iuris, sed arbitrio & voluntati suae liberè regulatis: ordinando quod illinc ad poenam mille ducatorum non discederem, quousque aliud ordinatum esset. Et actus suspensionis ordinatae ante inquisitionis publicationem, sine vlla clausula iustificatiua, per quam posset dici mandatum conuerti in citationem, sed simpliciter, vt supra, ex causis animum suum mouentibus, non dato loco ad cognoscendum, & ad examinandum per causae cognitionem, an subsisterent, de negata prorsus defensione, & nulla precedente citatione, contra dictum vltic. Quoniam per iniquum, & alia iura patriae superius citata: ponendo se in magno discrimine, si sententia absolutoria postea subsequeretur, sicuti euenit. Quomodo procedimenta poenalia vbi nullum

est delictum, esse possunt, contra-
fancimus de pœnis?

6 Tertio quia per dictum modum
procedendi nouum, & hactenus
inauditum, fieret, per indirectum
& per vnā viam, quod per dire-
ctā viā in Cathalonia fieri nequit.
At vbi certa forma est data, illa
non debet per aliam alterari, vt ait
tex. in constitu. 4. titu. de capturas,
lib. 9. & quod non est licitum dire-
cte, nec est licitum per indirectum,
cap. 11. tit. de vectigals li. 4. & quod
vna via est prohibitum, & negatū,
alia via non debet admitti, vt ait
tex. in constitu. 3. tit. de salaris de
sententias lib. 4. quæ constitutio
fuit sumpta in sui princ. ex regula l.
scire oportet P. I. D. de tuto. dat. ab
his. & c. cum quid de reg. iur. in 6.
quam adfert Pedroch. consil. 36.
7 num. 167. efficeretur siquidem, per
dictos actus mittēdi ad certum lo-
cum, & suspendendi ante inquisi-
tionis publicationem sub grauibus
pœnis mille ducatorum, vel alijs si-
milibus, quædam indirecta bono-
rum confiscatio, quæ in Cathalo-
nia (nisi in certis casibus) est prohi-
bita, toto tit. signanter in c. 4. tit.
dels bens dels condemnats lib. 9.
Nam si dicta via inusitata admitter-
retur, statim quod aliquis pro-
uincialis esset indiciatus, vel infamatus
de aliquo crimine, mādaretur sibi
de eundo, & residendō in certo loco,
ad pœnam grandem mille, vel bis mille,
cum intēione exequendi eum in casu contrafa-

8 tionis, per quā viam possent pau-
latim bona eius cōsumi, & omnium
provincialium libertas hoc modo
abdicaretur. Preterea dicti inusita-
ti actus deuiant a recta via rationis,
& iustitiæ, quam aurea tradit con-
stitutio incipiens com sia molt, est
3. tit. de salaris de scriptures iudi-
cials lib. 4. vbi illud notandum axi-
oma proponit, denium esse prorsus
a ratione, & iustitia, (& sic non
directum, sed iniquum, vt dixi in
2. fundamento.) puniri aliquem,
priusquam culpa eius examinetur,
quod absq. citatione, & partis vo-
catione, ac subsequenti condem-
natione formali, vt dixi in d. fūda-
mēto, fieri nequit. Vnde perpetuo
mandat dicta constitutio, quod
neque pretextu processus regalix,
procedatur contra bona alicuius,
nisi prius p̄cedente legitima con-
9 demnatione. Insuper alia etiam rū-
pitur via, quæ est statuta, & ordina-
ta per constitutiones, signāter in 9.
quæ incipit per quāt tit. de pœn. cor-
poralib. lib. 9. vbi rationi esse con-
trariū, (inquit) aliquem vexari ali-
qua pœnæ specie, vel quæ sit ma-
ior applicata, vel quæ adhuc per
sententiā non fuit prolata. Nunc vi-
deatur, an dicti actus pœnales, acces-
sus in villam de Falset, & quod ibi
tenerē arrestū ad pœnā mille du-
catorum, & suspētionis ante inqui-
sitionis publicationē, consonēt cū
dictis constitutionibus, an vero
deuiant a directa via?

10 Quarto, retento eodem thema-

re, de quo in prin. 3. fundamēti, vi-
delicet quod vbi data est certa for-
ma per cōstitutiones, non est ab ea
in rārillo deuiandum, cōstat clare,
dictos actus fuisse factos cōtra for-
mam multarum aliarū cōstitutio-
nū, vltra iam allegatarū, & signan-
ter cōtra formā clarā, & p̄cisam
tex. fundamētalis, in c. curiæ. 5. cu-
riarum anni 1599. vbi datur pote-
stas visitatori. Ante cuius inductio-
ctionē p̄mitto, quod licet ex re-
galia possit dominus Rex, causas
officialium Reginū ad se auocare,
ratione suorum officiorum, ex cō-
stituta. incipi. clarificāt ad initium, est
14. tit. de iurisd. de tots iurq. nihilo-
minus stante d. c. 5. causæ officialiū
Reginū iam receperūt certā for-
mā, quā sua Mag. ad modū cōtractus
seruare iurauit. Ac ideo contra visi-
tatos, & positos ad syndicatū, non
erit alteranda dicta forma, quia to-
tū, quod in cōtrariū ordinaretur ef-
fet cōtra cōstitutiones & cōtra ca-
pitula curiæ cōcordata inter domi-
nū Regē, et terrā, & sic visitator nul-
lo ordine sibi dato posset excusari;
cū cōtra cartā, & capitula curiæ car-
ta nō sit admittēda, ex const. 3. & a-
lijs cōstitu. tit. si cōtra dret y vtili. pu-
blic. etiā, q̄ vna, dos, tres, o mes vegades
l'ofos estat ordenat, de certa sciēcia, ple-
nium de poder, motu proprio, o altre mo-
do qual senol, vt dixi in 2. fundamēto,
sub decreto nullitatis. Modo sic, in
d. c. 5. forma datur visitatori, vt in-
quirat, & suo tēpore inquisitiones,
& offēciones euulget, ac publicet,

defēciones recipiat, & sub fide Re-
gia p̄misit dñs Rex, duos tūc habe-
re nominatos, & paratos cōiudices,
qui cū visitatore, eo tēpore, hoc est,
(vt textus met declarat,) factis iam
defēcion. & cōclusis processib⁹, o-
mnes simul declarēt, & sentēcias fe-
rāt, vel cōdēnatorias, vel absoluto-
rias. Dū igitur dict⁹ tex. dat dictā fa-
cultatē cōdēnādi, dicto tēpore, ibi
y en aq̄it tēps, ergo ante dictū tēpus
nullā potestātē cōdēnādi, vel absol-
uēdi dat ip̄i visitatori, tū quia ad
certū tēp⁹ p̄missa, antē vel post di-
cūtur phibita, vulgata, l. cū quid D.
de iudi. l. imperator. vbi no. cōmu-
niter D. postulā. rum quia, si simul
voluisset, quod ante dictū tēp⁹ pos-
set solus, punire quē pœna suspen-
sionis, vel relegationis, aut eicctio-
nis a domo, ciuitate, & vicaria, dixisset
vtiq. cū sibi nulla adesset difficul-
tas, ita cōiunctim exprimere, vt ait
alibi Imperator in l. vnic. P. sin aut
ad deficientis C. de cadu. tollē. &
Papa in c. ad audientiam extra de
decim. quod, cum nō dixerit, mul-
to minus nos dicere possumus, tū
quia in pœnalibus & odiosis fit stri-
cta interpretatio, l. cum quidā D.
de lib. & posth. & c. odia. de reg. iur.
in 6. tum etiam quia, vt omnes pra-
ctici testantur, nostræ constitutio-
nes strictē, & hebraicē intelligun-
tur, & ad literam, sentit consti. 1. tit.
de interpretat. de vsatg. est tit. 15. li.
1. & quando interpretanda veniret
dispositio d. cap. 5. deberet inter-
pretari secūdam formā c. 3. illo tit.

tum quia ad dictos actus pœnales & condemnatioes trium iudicum concursus textus ille exoptulat. Pœna ergo relegationis, & suspensionis, spectare debuit omnes coniudices, ipsi enim vidissent defensiones, & iudicassent quid iuri, & rationi fuisset consonum, deuiat si quid à totali ratione, vt quis crucietur & puniatur, antequam culpa eius discutatur, vt dixi ex constitutione expressa supra in tertio fundamento vers. præterea allegata. Deinde in d. cap. 5. pro forma datur tertium, & nouissimum tempus, omnibus tam visitatori quam coiudicibus, vt latus ab ipsis sententias exequantur, peruertisse igitur est dicendum formam dicti cap. 5. mittendo me in dictam villam, & ibi arrestatum detinendo, ac ante inquisitionis publicationem suspendendo. Applicauit enim pœnas ante iudicum omnium censuram communem, & sic antequam secundus terminus dicti cap. 5. accederet, & executionem fecit dictarum pœnarum, ante tertium tempus, sicq. inceptit ab executione, contra dictum tex. & alium concordantem aureum & genuinum, in cap. 4. tit. 22. de sormetent lib. 9. vol. 2. vbi serenissimus Alfon. 4. perpetua lege statuit, nec ad instanciam fisci licitum esse procedere contra aliquem, nisi præcedere citatione, & subsequuta causæ cognitione, sic, vt dixi in fundamento 2. & auditis partibus in suis defensionibus, & lata senten-

tia, si contingerit esse condemnatioem, tunc demum fiat executio. 12 Et addit, non aliter nec alio modo, quæ verba sunt formæ præcisæ inductiua, & inducunt disponentis præcisam voluntatem, vt post Iul. Clar. in P. emphiteusis q. 13. n. 5. aduertit Pet. Bim. consil. 102. n. 51. & restringit actum per modum cõditionis, Alex. consil. 3 n. 4. lib. 1. Crauet. cõf. 201. nu. 34. & consil. 544. nu. 2. & antea consil. 25. nu. 26 quos & Menoc. congerit Pet. Bim. consil. 301. nu. 11. & quod in contrarium acta resoluat, aduertit idem Bim. consil. 282. nu. 64. Iunctis igitur dictis duabus constitutionibus, sequitur de forma esse, vt ita demum exequantur visitator, si prius citauerit, causæ cognitio præcesserit, defensio subsequuta fuerit, & per omnes coiudices condemnatoria proferatur, & cum forma det esse rei, l. adeo & ibi glos. D. de acqui. rer. domi. & vulgata l. Iulianus P. si quis. D. ad exhibendum, cum citatis post Inno. Barbar. Caua. Io. de Amicis & alios multos per Francif. Viui. deci. 334. qui ibi & duabus decisio. seqq. multa & notanda dicit de forma seruanda, & quod à lege ponitur, & requiritur, dicatur de forma, vt aduertit A. Gome. l. 47. Tauri. n. 2. prope fi. nec opus est coniecturis id ex eo tex. in d. cap. 5. colligere, cum expressè dicatur ibi, quod visitator inter alia, & ipsi coiudices iurent de iudicando secundum formam constitutionum Cathalonie, ibi

ibi conforme les lleys de la terra, & quod inducat formam expressè & nominatim ait cap. 6. dicti anni 1599. ibi en la forma & sic expressè pro forma statuit, vt seruetur dispositio d. cap. 4. tit. de sormetent, & aliarum constitutionum inhihentium omnem ante condemnatioem, & executionem, & nõ aliter, nec alio modo fieri posse, nisi præcedente citatione, & causæ cognitione, & diligenter prius discussa culpa, ergo dicti actus, tanquam peccantes in forma, cassi, vani, & nulli erunt reputandi.

13 Quinto dicti actus sunt contra cõstitutionem l. quæ incipit ordinem tit. de pen. corporals, est 29. lib. 9. vol. 1. vbi cauetur, quod pendente iudicio, per nullum officiale suæ Maiestatis potest imponi pœna alicui militi, & in consequens nec mihi, qui ex priuilegio notissimo Regis Catholici, cum ciuis sim honoratus Barcinone de matricula, gaudeam priuilegio militum in omnibus, & per omnia, & nõ perinde ac miles, sed verus ac proprius miles, de stamento militati, vt priuilegij verbis Regis Ferdinandi vtar. Et hoc reteto, dicti actus fuerunt facti contra generale priuilegium toti brachio, & ordini militum, in remuneratione concessam, vt delati, etiam condemnati, nulla possint pœna, nec in bonis puniri, nisi in certis casibus, quod si puniendi veniant, tantum sint puniendi in corpore, nisi se ipsos componant,

vt habetur in cap. vnico tit. de bens dels condemnats, lib. 9. vol. 2. est tit. 23. Pœnis igitur pecuniarijs, mille ducatorum, & suspensionis salariorum, maxime ante tempus debitæ condemnationis, indebitè punitus fui.

14 Sexto, quia tot pœnæ non erant multiplicandæ, cum duplicitas pœnæ non admittatur regulariter, l. senatos D. de accusatio. c. atsi clerici P. de adulter. extra de iudi. facit l. Diuus Marcus D. de officio præsid. & l. ante penul. C. de pœn. quæ iura cumulat Cassad. de regul. cancel. decis. 14. n. 1. ad fi. Præterea pœnæ erant, & de iure sunt commensurandæ delicto, l. rescriptum & l. hæres qui D. de his quib. vt indign. & l. Paul. respõdit. D. ad S. C. Trebel. & l. ex facto P. fi. D. quor. legato. Caballi. millelo. 6. nu. 2. & pœna deinde est ponenda ad modum delicti, Azeued. l. 2. nu. 17. tit. 3. lib. 8. ita, vt si non sit delictum, nulla sit applicanda pœna, l. fi. C. de posth. hæred. instituen. ergo non cõstito prius de delicto aliquo, nec data prius defensione, non potuit aliqua applicari pœna, & multo minus multiplex, & earum quælibet talis, & tam aspera, vt consueuerit quandoq. generare morbum, & homines honoratos, & viros senatos morti tradere. Fuerunt enim quidam, adeo se excruciantes in hoc genere bannimenti, (quam pœnam doctores appellant eiectionem à ciuitate, & bono publi-

co, & corporis afflictivam) vt facile in mortem insiderent; vt testatur Prospe. Farinaci. de delict. & pœn. q. 9. num. 17. prope fi. & Castillo. Bo uadill. in Politi. lib. 5. c. 1. nu. 190. ad fi. vbi ait ex vexatione similibus mandatorum non nullos expiraf. se.

¶ 5 Septimo actus prolibati de diametro pugnât, nō solū cū constitutionibus Cathalonix, & signanter, 4. 5. & 6. sub tit. 1. de violentia & restitu. de despullatis, lib. 8. vol. 1. vbi præcipitur, neminem de facto & absq. cognitione causæ posse destitui possessione, seu quasi illi⁹ iuris, quod obtinet, verum etiam est cōtra ius diuinum & obseruantiam sacre scripturæ, & contra rationem moralem, & naturalem scriptā, & bonas practicas, & pragmaticas, quibus cautum est, vt nullus officialis, suo suspendatur officio, nisi prius appellentur, hoc est, citentur & audiantur, est constitutio prope diuina exorditur com. sia no tori 8. illo tit. de violen. & resti. spolia. & est ponderatione dignum, quod tex. idem disponit, vbi quis non haberet officium, sed locum tantum, ibi *en llurs officis e llocs*; hoc animaduertitur pro aliquibus, qui ponderatis priuilegijs doctorum Regij Concilij, arbitrantur nunc nō habere officia, sed quod occupant loca, dato quod hoc esset verum, adest illa constitutio. 8. quam pugnate, inquit, cum iure diuino, si non auditi & non appellati prius, a

dictis locis excludantur. Et reuera dicuntur vtrumq. habere, & officia, et loca, vt ait constitutio. 6. tit. 24. de la electio dels doctors de la Real Audien. lib. 1. *ibi en algu dels llocs, o officis*, ad suspendendumq. in et priuandum sua possessione naturali loci, vel quasi, opus fuit causæ cognitione, aliàs conuenit, vt ante omnia, sic spoliatus ad meum pristinum locum restituar integre. Et quod in Cathalonia tales suspensiones ab officio, syndicatibus iudicio pendente in officialibus Regijs perpetuis, et minus in doctoribus Regij Concilij, fieri nō possint, nec debeant, notat eruditus Iacobus Cancer. tomo 3. variarum resolutionum c. 12. num. 14. cū sequēt. Vnde præclare dictus Mag. Franc. Gil in dicto suo acuto Respon. n. 57. cū trib. seqq. pulcre exornat suspensionem ab officio, nedū in officiali graui, et præminentia fieri nō posse, nisi delinquat in eo, allegando Capicium, verum in quolibet alio expresse id asserendo decif. 21. num. 20. vbi dicit hæc verba. *Officialis perpetuus non debet deponi, nisi culpa inuincat depositionem, vt quia deliquit in officio*, allegando etiam Bal. in l. mancipia n. 5. C. de seru. fugit. vbi dicit quod non est deponendus ab officio, nisi delinquat in illo. Hoc idem dicit Felin. in c. ex litteris numer. 11. de constitutio. et cum non deliquerim in officio cum in sententia fuerim absolutus, ergo suspendi non debui.

bai. Maxime quia, licet constaret de aliquo leui delicto, de quo nō constat, nec constare potest, nec etiam pro qualibet leui culpa, sed pro magna debet fieri suspensio, vt eleganter dictus Mag. Franc. Gil in dicto suo Respon. numer. 159. allegando ad corroborationem suæ sententiæ Bal. & Felin. latè ¹⁷ comprobatur. Et vt in eodem responso n. 204. habetur, ius diuinum & naturale offenditur & violatur, dum alicui, absq. iusta causa, res auferitur, allegando Bellam. decif. 743. num. 1 & Pinel. in rub. C. de resc. vend. part. 1. ca. 2. n. 26. circa finem.

¶ Octauo, actus predicti sunt cōtra vtilitatem publicam, quam cōsiderarunt Serenissimi Principes, dum disposuerunt, omnes Regij Concilij Doctores tentos esse, & obnoxios ad continuam residentiam, ita expresse cauetur in constitutione 1. & id ipsum insinuant omnes constitutiones sequentes tit. 26. de residentia y absentia dels Doctors de la Audientia lib. 1. vol. 1. noue recollectionis signanter ibi *è nos pugnen de aqu' la absentar*. Quod si dicatur excusari iudicis superioris iussu, ex l. si. D. qui satisd. cogant. e vestigio & illico dicitur, id dici non posse, quando superior non seruat seruanda, quia paria sunt, vel non mandare absentiam, vel mandare contra potestatem sibi tributam, & contra leges, ex l. quoties illo eo. titul. D. qui satisd.

cogan. cum igitur ante cognitionem causæ conuictum, & ante inquisitionis publicationem id mandauerit, & de facto me a domo, & ciuitate eiecerit, consequens est, vt de facto sim dicendus spoliatus, & dicendum sit quoq. dictam constitutionem 1. fuisse sine culpa mea, in magnum Reipublicæ detrimentum violatam, cum medio tempore suspensionis pauperes litigantes, qui ad mei relationem causas prolequebantur, illas expedire non potuerint, non sine magna illorum iactura.

¶ Nono & vltimo, quia retentis ijs, quæ dixi supra de forma seruanda, & vjs constitutionum non alterandis, in fundamentis 3. & 4. additur, quod dicti actus non possent sustineri, etiam si per visitatorem diceretur, sic sibi concessam commissionem, vt possit hæc, & maiora facere. Quando quidem dato, quod non apparet, sic sibi esse concessum, totum tamen dicitur regulatū ad formam dicti cap. 5. anni 1599. tum quia dominus Rex ex conuentione nudam tantum reseruauit sibi nominationē. Quo vero ad eius exercitium iam fuit tradita forma in d. capit. 5. vt expresse disponit, tex. in cap. curie 6. eiusdem anni 1599. ibi *en la forma que en ella esta ordenat*, & loquitur de dicto cap. 5. precedente, tum quia visitator, ex dicto cap. 5. iurare tenetur, & iurauit procedere seruatis legibus, & vibus patrie,

& sic commissio casu, quo talis est, quod non apparet, & non entium & non apparentium eiusdem sint qualitates, regalanda venit ad formam dictorum capitulorum, & aliarum constitutionum in discursu traditarum. Tum etiam quia ubi officialibus Regijs, est ab antea tradita certa procedendi forma, hæc non potest per commissiones, vel regias provisiones alterari, imo tales commissiones sunt abolitæ, & propterea sublata, & aliter dicerentur tales officiales noui, quod in Cathalonia non admittitur, constitutio est prædicta ad litteram sic disponens, i. in ordine incipit contra constitutiones ibi *en è per la forma*, tit. 60. Que nouells officials lib. 1. Tum etiam quia priuilegia, rescripta, & aliæ Regiæ concessionis contra ordinationes curiarum, tam presentium, quam futurarum, sunt nullius momenti, constitu. 6. 7. 9. & toto fere tit. 23. si contra dret è vtilit. publi. & dixi in secundo fundamento. Tum & postremo, quia officialis ordinarius Regius, (sicut est visitator, qui habet iurisdictionem à lege, & mortua, & viua, vt notatur per omnes in l. 1. D. de officio eius.) cuiuscunque conditionis, status, vel gradus sit, nullam potest acceptare commissionem, cuiuscunque causæ vel negotij, nectali potest uti commissione, cum tantum valeat uti sua ordinaria, & sibi tributa potestate, de his est textus formalis in consti-

tutione 17. tit. 57. de cosas prohibidas als officials, lib. 1. volum. i. quæ est concordans, & multum affinis cum dicta constitutio. i. d. tit. que nouells officials, & hoc ea ratione forsan, ne pluribus intentus, minor sit ad singula sensus, & ne officia mutuo se impediunt, contra l. consulta diuala C. de testamen. & totum sit. 63. que ningn pugna tenir sino vn officii, lib. 1. vol. 4. nouæ compilationis.

Postquam ergo, nouem rationibus, nouenario numero Marti & Muñis dicato, de quo latè Antoni⁹ Ricciardus Brixianus secundo tomo commentariorum symbolico-rum littera N. de numero nouenario, luce clarius percipi potest, eiectionem à domo & ciuitate, & missionem in Falcet, nec non suspensionem ab officio, vel loco, Regij Concilij, non solum rebus publicis maximopere nocere; verum deuiare ab stylo, vsu, & obseruantia, nec non cum multis vsaticis, constitutionibus, & cum suis proprijs visitationis curiæ capitulis 5. & 6. anni 1599. pugnare, subsequutum fuit in diffinitiuâ mutasse consilium, & vota reflexisse vt Iuno, ne alias cum Terentio dicatur a gentibus; *quem neq; misericordia reflexit*, & plane laudatur, quod ex causa mutatur c. magnæ 22. q. 4. Quintimo nec Imperatores, nec alij iuris vates erubescunt, re plenius tractata, a priori recedere calculo, & sententia l. diui fratres D. de iur. patronat.

tronat. & Papinia, gloriatur, quod Sabinus in cōtrariâ sententiâ eum perduxerit in l. si venditor D. de seru. exportandis, & sanctus Augustinus, qui librum retractationum suorum dictorum fecit, paratus est se corrigere in c. si habes 24. q. 3. & a paruulo etiam adocerit Episcopus & senex. Possibile est enim, vt vni⁹ forsan deterioris inditium, vt alibi dicebat Iustinia. multos & maiores aliqua ex parte superet, quia non omnia in omnibus, ita Augustus ille in l. 2. C. de ver. iur. enuclean. multa in huius mutationis laudè, congerunt Arias Pinel. in 2. Resp. pro Don Sancio de Cardo. Marchio. de Guadalest ante numer. 1. & Domini Madaleu. de numero resti. p. 2. cap. 9. numer. 38. & mult. seqq.

Atq; ita in diffinitiuâ Deo auspice fuit obtenta sententia in meifauorem, & contra fiscum lata 20.

Decembris 1612. cum interuentu eruditorum virorum numquam satis pro illorum literis, virtute; animi dotib⁹, ac officij dexteritate, nobilitate, & dignitate laudatorum Magni. supradicti Francisci Gil Iudicis Regiæ curiæ Regni Valentie, et nobilis Melchioris Cisternes Advocati fisci in Regia Audientia Valentie, coniudicum per suam Maiestatem nominatorum & electorum ad decidendas causas visitæ Regiorum officialium huius Principatus in qua, nedum fui absoluitus ab omnibus, quibus eram impetratus, & fisco impositum silentium, verum omnibus inde sequatis, tamquam si facta non fuisset, & restitutus exercitio officij, quo eram ante suspensionem cum iurium plenitudine.



**CAP. VIII. IN QVO DILVCIDA ET
exacta indagine declaratur, an & quando debeantur salaria.
& emolumenta officiali per syndicatorem, durante syn-
dicatu suspenso, praesertim sequuta sententia
absolutoria.**

S V M M A R I V M.

- 1 **SALARIVM** debetur officiali, Potestati, seu iudici dummodo ingressus fuerit exercitium sui officij. num. 1.
- 2 **Leges, quae docent salaria** deberi officiali, Potestati, seu iudici, disponunt & loquuntur de salarijs soluendis de publico à Principe, ciuitate vel Praeside. n. 2.
- 3 **Loquuntur etiam dictae leges** de salarijs, quae deponuntur à partibus litigantibus, quae diuidi solent post latas sententias. n. 3.
Leges non possunt ad omnes casus adaptari, sed in argumentum ad similia trahi debent. d. n. 3.
- 4 **Salarium integrum soluitur** heredibus iudicis, in solatium obitus illius. num. 4.
- 5 **Eadem iuris dispositio in fauorem** heredis mortui iudicis condita militat in fauorem viuientis. n. 5.
Ratio legis est ad ima legis, quae ad causarum decisiones sola allegari potest. d. n. 5.
Ratio legis est de essentia ipsius legis. d. num. 5.
- 6 **Maiori ratione debetur salarium** officiali viuo, quando per eum non stat, quam heredibus mortui. n. 6.
Obligatio iuris, vel contractus praesertur equitati, cui tunc locus est quando lex deficit. d. n. 6.
- 7 **Heredibus defuncti non debetur totum** salarium, sed pro rata, viuenti autem integrum. n. 7.
- 8 **Heres defuncti commodum & lueri** ex hereditate in solatium reportat. num. 8.
Ratio solatij, quae consideratur in salarijs heredibus defuncti soluendis, maior urget in viuente. d. n. 8.
Viuenti suspenso nullum consideratur lucrum, sed potius totalis afflictio, cui non est alia addenda. d. numer. 8.
- 9 **In multis iuris articulis potius fauetur,** ut non sit locus repetitioni, quam actioni. n. 9.
- 10 **Intellectus ad l. diem functo D. de offic.** Assessor. n. 10.
- 11 **Salaria debentur naturaliter & civiliter,** de quibus datur actio, & petitio. num. 11.
- 12 **Ex separatis & diuersis non fit illatio.** num. 12.

- 13 **Salarium debetur officiali** durante illius infirmitate. n. 13.
- 14 **Impedito ob casum fortuitum salarium** est soluendum. n. 14.
Mandatum superioris est numerandum inter casus fortuitos. d. numer. 14.
- 15 **Impeditus propter pestem consequitur** salarium. n. 15.
- 16 **Impedito ob aduentum Legati, seu alicuius Superioris debetur salarium.** num. 16.
- 17 **Suspenso solet fieri pluribus de causis.** num. 17.
- 18 **Suspenso propter infamationem** debet percipere fructus beneficiorum. num. 18. & iudex salaria à litigantibus pro sententijs ferendis soluta & deposita.
- 19 **Ea, quae sunt sine partis scientia nulli** generare possunt praeiudicium parti. num. 19.
Ad indicatio hereditatum, deolarario fideicommissorum, absolutio iuramenti, & similes actus non nocent partibus non citatis. n. 19.
- 20 **Officiali sine causa privato debetur** salarium totius temporis priuatione non obstante. n. 20.
- 21 **Officialis, si se absentat voluntarie** pro suis negotijs, dummodo id faciat cum licentia Superioris, consequitur salarium. n. 21.
- 22 **Quando per eum non stat, qui tenetur** ad aliquid faciendum, perinde est ac si per eum factum fuisset. n. 22.
- 23 **Quando salarium debetur ex dispositio-** ne legali est fauorabile, & totum debetur à principio, ac si fuisset in obligatione. num. 23.
- 24 **Salarium Iudicum debetur ex dispositio-** ne legali. n. 24.
- 25 **In magnificis Doctoribus Regij Conci-** liij non habet locum, quod pecunia & labor non recipiant diuisionem. num. 25.
- 26 **Salaria Iudicum vocantur honoraria,** quia honoris causa dantur. n. 26.
In honoribus fit larga interpretatio. d. nu. 26.
Salaria, iuxta constitutiones Cathaloniae, magnificorum iudicum deponuntur, non habita ratione ad labores, sed ad quantitates; & ideo vocantur patrio sermone guanyables. d. nu. 26.
- 27 **Mandatum Iudicis excusat.** n. 27.
Qui in iussu iudicis facit, iuste facit. d. nu. 27.
Necessitas non habet legem. d. n. 27.
Ad impossibile nemo tenetur. d. num. 27.
- 28 **Quando salarium debetur propter di-** gnitatem & honorem, dicitur Principis beneficium, & debet fieri latissima interpretatio. n. 28.
Et debet haberi ratio laborum praeteritorum. nu. eod.
- 29 **Iudici debetur salarium, etiam si par-** tes veniant ad concordiam. num. 29.
- 30 **Salaria & omnia emolumenta debentur** renouata suspensione, ac nulla declarata. nu. 30.
- 31 **Distributiones quotidianae, quae dantur** Ecclesiasticis ratione interuentus in diuinis officijs, non dantur absentibus. n. 31.

- 32 Quando impedimentum provenit ex causa necessaria, tunc debentur quotidianae distributiones. nu. 32.
- 33 Distributiones quotidianae ex fructibus de mensa grossa provenientibus dantur omnibus absentibus. numer. 33.
- 34 Clericus exul factus absque eius culpa gaudet distributionibus quotidianis. nu. 34.
- 35 Clericus ob propriam culpam exul factus, dummodo illa non sit ordinata ad finem non residendi, consequitur distributiones quotidianas. n. 35.
- 36 In iuste excommunicatus, non solum non gaudet distributionibus quotidianis, sed etiam si perceperit illas tenetur restituere. n. 36.
- 37 Clerico suspensio debentur alimenta, ne cogatur mendicare in opprobrium ordinis clericali. 37.
- 38 Suspensus ob contumaciam potest illam purgare. n. 38.
- 39 Clericus excommunicatus nihil ex redditibus Ecclesiae reportat, quantumvis egenus, & pauper sit. numer. 39.
- Excommunicatio medicina dicitur. d. n. 39.
- 40 Ratio differentiae quare sint alimenta praestanda suspensio, & non excommunicatio. n. 40.
- 41 Excommunicatus, quamvis non percipiat fructus beneficii, tenetur priuatim, & occulte horas canonicas dicere, & onera beneficii persolvere. nu. 41.
- 42 In iuste excommunicato, probata iniustitia, fructus beneficii sunt restituendi. nu. 42.
- 43 In iuste excommunicatus gaudet distributionibus quotidianis, si eo tempore, quo excommunicatio in eum lata fuit, praesens erat in loco beneficii. n. 43.
- 44 Secus si non erat praesens, & non est co-fuctus adesse diurnis. n. 44.
- 45 Limitatur quando est consuetudo, ut iniuste excommunicatus, vel alias legitime impediens, etiam absens a dicto loco, vel oppido, ipsas lucretur. nu. 45.
- 46 Iniuste suspensus, siue ab officio, siue a beneficio recuperat distributiones quotidianas. nu. 46.
- 47 Iniuste, & absq. causa legitima in carcerem inclusus percipit distributiones quotidianas, semota quacunque contraria consuetudine. n. 47.
- 48 Salaria in R. Audientia non diuiduntur, sed simul solvuntur, tam qua soluit Generale Cathalonie, quam quae deponuntur a partibus pro sententijs ferendis. nu. 48.
- Eadem ratio est de toto quo ad totum, quam de parte quo ad partem. ibidem.
- Indivisibile non recipit divisionem. ibidem.
- 49 Fiscus est difficilis conventionis. n. 49.
- 50 Cessat remedium subsidiarium, ubi est ordinarium. n. 50.
- Duorum est contra stimulum calcitrare. ibidem.
- 51 Pena doctorum Regiae Audientiae Cathalonie non residentium, & quando, quomodoq. procedat late discimur. n. 51.

CAP.



CAP. VIII

V. O. D. Doctori de Regio Concilio suspenso ab eius exercitio, pendente syndicato, debeatur salaria, & emolumenta integra sui officij. patet ex sequentibus.

- 1 Primum, quia totum salarium debetur officiali, potestari, seu iudici, dummodo ingressus fuerit exercitium sui officij allegantur ad id. tex. in l. 1. P. diuus D. de varijs, & excogit. l. diem functo D. de officio assessor. & utrobique late Bart. confirmat Deci. conf. 70. & pro tenui num. 1. in fine, Capicius decif. 125. in 3. fallentia, Ripa de priuilegijs contractus tempore pestis nu. 114. Paris de Puteo de syndicato verbo si officialis decedat num. 1. & 3. Andreas Gaill. obseruan. lib. 1. obseruan. 44. num. 12. Amadeus de Castello tract. de syndicato num. 107. Nat. conf. 452. faciunt etiam tex. in l. diem functo D. locat. l. post duos D. de aduocat. diuersorum iudi. l. iubemus P. fina. C. de aduocatis diuersorum iudicum l. si seruus secunda P. ca. seruus D. de stipu. seruorum l. legatus antequam P. fina. D. de legationi. l. si quis C. de proximis factorum seruorum l. fina. ubi Bart. C. de domesticis & protectotibus l. 3. C. de agentibus in rebus l. 1. C. de primipilo lib. 12.
- 2 Sed quia ex istis legibus & doctrinis insurgunt quaedam dubia, quae difficultatem faciunt, ut non

videantur ad nostrum institutum adaptari, ideo opere praecium erit illis ante omnia satisfacere.

Primum dubium est, quia dictae leges diem functo de officio assessoris l. post duos l. iubemus P. fina. l. legatus antequam P. fina. & l. si quis, videntur loqui in casu, quando salarium soluitur de publico a Principe, ciuitate, vel Praeside; hic autem agitur de salarijs, quae deponuntur a partibus priuatis, & diuiduntur postquam late sunt sententiae, & sic dictae leges non videntur facere, neque pertinere aliquo modo, seu ratione ad nostrum propositum.

- 3 Respondeo, dispositione dictarum legum etiam habere locum in salarijs, quae solvuntur a partibus ratione causarum, nam tex. in l. 1. P. diuus D. de varijs & extra. cogit. ubi Bart. & omnes DD. tanquam in sede, & proprio loco ipsius materiae tractant de istis salarijs, disponit de salarijs aduocatorum, quae solvuntur a partibus, ratione patrocinij causarum, qui tex. allegatur ad probandum eandem esse dispositionem in salarijs Iudicum, assessorum & aliorum officialium, nam leges non possunt ad omnes casus adaptari, sed in argumentum ad similia trahi debent. l. neque leges, l. non possunt D. de legibus & expedit iura iuribus concordare cap. cum expediat de elect. in 6.

- 4 Secundum dubium insurgit, quod dictus P. diuus, & leges post duos,

O & iu-

& iubemus in P. fina. loquuntur in aduocatis & officialibus defunctis: nam hæredibus suis soluitur integrum salarium in solarium obitus prædecessoris, dicta l. si quis, & hæc rationem assignant DD. in d. P. diuus, & in d. l. diem functo, & ibi Ioannes Baptista de santo Seuerino in repetitione nu. 33. quæ ratio cessat in nostro casu officiali viuente.

5 Respondeo quod eadem iuris dispositio condita est in fauorem viuentis, quando per eum nõ stat, vt est tex. in d. l. diem functo, vbi Præses erat mortuus, & assessori superstiti soluitur totum salarium, quia per eum nõ stetit, sed propter obitum Præsidis impeditus fuit officium exercere, imo in eodem P. diuus assignatur eadẽ ratio, quod per eum non stetit, per quam rationem fingitur, officialem cõtinuasse suum exercitium, faciunt iura tex. in l. cum hæres P. Stichus 2. D. de stat. libe. l. si pecuniam primo responso D. de condic. ob causam, l. penul. & l. fina. C. eodem, l. 2. P. cõfestim D. ad Senatuscon. Terry l. l. qui operas P. aduocati D. locati, & cum ratio legis sit anima legis, quæ ad causarum decisiones sola allegari potest cap. ratio nulla, & ibi Abbas, de præben. l. scire oportet P. sufficit de excusat. tut. l. cū ratio, D. de bon. damnat. Dinus in regula fina. de regulis iuris in 6. ratio enim est de essentia ipsius legis can. erit autem lex. 7. distinc. & est

optimus clypeus legis, vt dixit Bal. in l. 1. P. imprimis C. de cadu. tollen. facit tex. in cap. fina. de transact. latè per Gammar. tract. de extentionibus numer. 15. cum igitur tex. in d. P. diuus, licet loquatur de defuncto, assignet rationem, quia per eum non stetit, & dicta lex diem functo loquatur de assessore viuo, dicendum est ex identitate rationis, idem ius procedere in officiali viuo, quocunq. casu per eum non stetit, quia vbi est eadẽ ratio, idem ius statui debet iuribus vulgaris.

6 Imo Iacobus de Nigris in repetit. d. legis diem functo numer. 2. dicit, quod maiori ratione debetur salarium officiali viuo, quando per eum non stat, quam hæredibus mortui. Nam viuo debetur iure obligationis, ex dispositione legis, vel contractus cum eo initi, ex quo viuit, & per eum nõ stat, sed mortuo debetur propter solatium de equitate: & obligatio iuris, vel contractus præfertur æquitati, cui tunc locus est quando lex deficit d. l. scire oportet P. sufficit D. de excut. tutorum l. 2. secundũ vnã lecturam C. de legi. latè per Petrum Folletium tract. de contract. censuarijs P. ius enim, numer. 31. Et sic refert Alex. in d. l. diem functo numer. 13. quod quidam Bertrandus de Monte Fauentino relatus etiam per Bart. in eadem l. tenebat indistinctè, quod hæredibus defuncti non debebatur totum

totum salarium, sed pro rata tantum, viuenti autem totum debebatur, quia per eum non stat, & est paratus, quod non est in mortuo l. si vno P. item cum quidam D. locati.

8 Item ratio seu consideratio solarij, quæ consideratur in hæredibus defuncti, multo maiori ratione consideranda est in viuente: nam hæredes defuncti percipiunt commodum, & lucrum ex ipsamet hæreditate, vt dicit tex. in l. 3. vbi Bart. C. de iuris & facti ignoran. qui vult, quod hæreditas participet de natura lucri, & tex. in P. si autem in authent. de Ecclesiastic. titulis col. 9. vbi filius, seu hæres priuatur omni lucro ei relicto. Et successio hæredis dicitur titulus lucratius, & parentibus in solarium piè datur successio in bonis filiorum l. nã & si parentibus D. de in officio. testamento, & matri datur successio in bonis liberorum amissorum in acie Principis in solarium P. 1. inst. de senatuscon. Tertul. viuenti autem suspensio nullum lucrum aduenit, nullumque solarium, imo totalis afflictio, ideo ei non est danda afflictio l. Diuus D. de offic. præsidis l. tam dementis C. de Episcop. Audientia can. cum percussio 7. quæst. 1. cap. 1. & toto titulo de clerico agrotante, ne succedat, quod scriptum est Psalm. 68. Quoniam, quem tu percussisti, persecuti sunt, & super dolorem vulnerum meorũ addiderunt, &c.

9 Tertium dubium videretur, quod tex. in d. P. diuus, & in P. fina. dictæ legis antequã de legationibus concludunt, non dari aduocato, seu legato, alio ve officiali, seu illorum hæredibus repetitionem eius salarij, quod solutum iam fuerat, & idè colligitur ex d. l. diem functo, quæ loquitur in assessore viuente secundum lecturam, quam legit glosa ibi in verbo *prestitum*, vt scilicet salarium, quod iam fuit præstitũ, non repetatur, nõ autem ideo dari debet actio, seu petitio ad salarium, quod solutum non dum fuerat, nã in multis iuris articulis potius fauetur, vt non sit locus repetitioni, quam actioni, vt scilicet liberatio sit fauorabilior obligatione l. Arrianus D. de act. & oblig. l. fauorabiliores D. de reg. iuris l. stipulatio ista P. in stipulationib. D. de verb. oblig. l. fina. P. sed cum aliquid D. de iureiurando l. Iulianus verum debitorum D. de cond. indebi.

10 Respondeo, quod imo ex eadem l. diem functo constat dari actionem ad petendum salarium non dum solutum assessori viuenti, secundum vetiorem lecturam, secundum quam non legitur *prestitum* sed *prestitum*, vt scilicet non loquatur lex de salario iam soluto, sed de salario constituto & conuento, vt legunt Budeus in adnotatione ad dictam legem, Alciat. disputationũ lib. 4. cap. 20. Caronda verisimilium lib. 1. cap. 3. & declaratur dicta lex diem fun-

Et, per eandem legem, quæ posita esse sub titulo locati, vbi expressè habetur, salarium esse prestandum, & sic per participium futuri temporis, concordat tex. in d. l. si quis in verbo cõsequantur de proximis sacrorum scriniorum lib. 12. quod cõfirmant Bart. & DD. in d. l. diem functo, præsertim Ioan. Baptista num. 22.

1 1 Non obstant leges in contrariũ adductæ, quia illæ loquebantur de rebus debitis naturaliter tantum, non autem ciuilitè, de quibus si soluantur non datur repetitio, hic autem loquimur de salarijs, quæ debentur & naturaliter & ciuilitè, de quibus datur actio & petitio, vt per totum titulum D. de cõdic. indebi. soluant Alexan. in d. l. diem functo nu. 15, & Ioan. Baptis. nu. 22. & licet casus dicti P. diuus, et aliarum legum in principio dicti dubij allegatarum esset in salarijs iam solutis, non ideo excluditur, quin detur actio ad non soluta, ex-
1 2 separatis enim & diuersis non fit illatio l. fina. D. de calumni. l. Papi-
nianus exuli D. de minorib⁹, & nõ probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse, dictis iuribus cõ-
cordantibus.

1 3 Cum dictum sit officiali impedito deberi salarium totius temporis, quia per eum non stetit, restat videndum quæ impedimenta, vltra casum mortis faciant ad nostrum propositum, vt salarium debeat.

Et primum impedimentum est infirmitas ipsius officialis, qua durante ei debetur salarium, per tex. in l. cum hæres P. Stichus 2. ff. de statu liberis, l. si pecuniam in princ. D. de cond. ob causam l. 2. P. confestim D. ad Tertulianum glo. in l. arboribus P. de illo D. de viusu glo. in l. 3. P. si ad diem D. de re militari, confirmant Paris de Puteo de syndicatorum in verbo Rex concessit nu. 3. & in verbo si officialis decedat n. 1. & 2. Capicius decis. 125. num. 4. cõ-
1 4 seq. Martinus Laudensis tract. de legatis Principum q. 36. Et sicut detentus infirmitate consequitur salarium totius temporis, quia per eum non stat in laborando & sententias faciendo, ab identitate rationis impeditus per suspensionem a superiore prouisam, debet habere salarium totius temporis suspensionis, etiam quæ deponantur propter causas & sententias fiendas.

1 4 Secundũ impedimentũ adductum per DD. est casus fortuitus d. l. si pecuniam l. penul. C. de cond. ob causam l. 3. P. sed si ex improuiso D. de re militari glo. in l. 1. C. eo. lib. 12. l. exconducto P. si vis D. locati, & cùm mandatum superioris numeretur inter casus fortuitos, vt voluit Alex. cons. 97. aliàs de facto num. 15. vol. 3. & cons. 20. in fine volu. 5. Imo & quodcunq; factum superioris inter casus fortuitos connumeratur Rot. Genu. decis. 56. & Crauet in cons. 95. & 233. Ideo dicendum est dictam suspensionem

sionem mandato superioris factã, tanquam casum fortuitum excusare, vt per officialem non stet, quin deseruiat, & sic debeat consequi totum salarium.

1 5 Tertium impedimentum est propter pestem, iuxta tex. in l. si ea conditione, vbi Bald. C. de condit. insert. confirmant Puteus vbi supra num. 4. Gaill. vbi supra num. 13. Nata cons. 452. num. 6. vbi plures allegat, Ripa vbi supra numer. 14. facit tex. in l. habitatores P. fina. l. qui insulam P. r. D. locati, can. negociatorum clericum ibi quasi quandam pestem fuge dist. 88. Et hoc casu suspicio pestilentie pro pestilentia habetur. Petr. Roy. decis. 4. Litua. a n. 384. in decision. diuers.

1 6 Quartum impedimentum est, si propter aduertũ Legati, seu alterius superioris impeditur suum officium exercere, vt dicit Capi. d. decis. 125. num. 5. & 6. vbi dicit quod si erat captus, seu detentus sine culpa sua, debet habere totum salarium, quia per eum non stat, facit tex. in l. Lucius D. de euid. vbi factum superioris non nocet venditori, quia per eum non stat.

1 7 Quintum impedimentum, vt proprius ad nostrum institutum accedamus, est suspensio, ad cuius cognitionem est præsupponendum, quod suspensio solet fieri pluribus de causis, de quibus latè per Beatũ Antoninũ Archiepiscopum Florentinum in tract. de suspensione ca. 2. & 4. & inter alias causas vna est,

quando fit suspensio propter infamationem, seu querelam, quam vnus habet d. alio, iuxta tex. in can. presbiter si a plebe 2. q. 5. vbi ex Cõf. Illerdenfi. ita habetur. Presbiter si a plebe sibi commissa mala opinione infamatus fuerit, & Episcopus legitimis testibus approbare non potuerit suspendatur, glo. r. in d. verbo suspendatur dicit quod non suspenditur a beneficio, sed tantum ab officio, & beatus Antoninus in d. ca. 4. num. 24. dicit, quod talis suspensio propter infamationem debet percipere fructus beneficiorum, iuxta doctrinam Hostiensis & Gofredi per eum allegatam, & quod debeat recipere etiam fructus, & iudex salaria, quæ soluuntur a partibus pro sententijs, resoluit in terminis elegantissimè Alexander Raudensis Responso 50. nu. 476. cum duobus sequentibus, vbi in proprijs terminis nostri casus resoluit, deberi salaria iudici suspensio in syndicatorum ab initio, ea ratione, quia cum tunc nondũ sit instructus processus, & possit dicta suspensio declarari nulla. & iniusta & sine culpa suspensio, ideo non debet priuari dictis salarijs.

1 9 Confirmatur, quia prouisio dictæ suspensionis, cum fiat nõ dum facto processu, & sine partis citatione, non potest ei inferre præiudicium, pro vt in iure ea, quæ fiunt sine partis scientia, ei nocere non possunt, vt est tex. in argumentum in cap. 1. ibi cum iniuria propter hoc

non periclitatur, extra de dolo & cō-
zumacia & cap. 1. de eo qui mitti-
tur in possess. causa rei seruandæ,
vbi missio in possessione, causa rei
seruandæ propter absentiam, nulli
facit præiudicium, sed tantum des-
inetur possessio custodiæ causa
cap. fina. d. titulo de eo qui mitti-
tur in possess. causa rei seruandæ,
& quotidie practicatur per admo-
dum Illustres Cancellarium, & Re-
gentem Cancellariam, & in curia
vicarij. Barcinonæ, quod fiunt, &
prouidentur adiudicationes hære-
ditatum, fideicommissorum declara-
tiones, & in curia ecclesiastica ab-
solutions à iuramentis, quæ cum
fiat sine partis citatione, nulli præ-
iudicium generare possunt, quia
contra non citatum, & auditū pro-
cedi non potest cap. 1. extra de cau-
sa possess. & proprie. cum concor-
dantibus, ideo nil mirum si per di-
ctam suspensionem dicta salaria nō
amittantur.

20 Sextum impedimentum in forti-
oribus terminis est, quando offi-
cialis priuatur officio sine causa,
nam etiam debet habere salariura
totius temporis, priuatione nō ob-
stante, vt per Bald. in l. pecuniam
C. de cond. ob causam, dicit Paris
de Puteo vbi supra in verbo si offi-
cialis decedat nu. 3. imo in forti-
oribus terminis si se absentat volun-
tariè pro suis negotijs, dummodo
id faciat cum licentia Superioris,
debet habere salaria l. hac lege C.
de proximis sacrorum scriniorum

lib. 12. Bald. in authen. habita n. 22.
C. ne filius pro patre, & in l. si ea
lege de condi. incerti, Capic. decif.
125. nu. 7. Puteus vbi supra num. 1.
& num. 11. & in verbo licentia offi-
cialis nu. 3. Ripa vbi supra num. 121.
Decius d. conf. 70. num. 2. dictus
Ioan. Baptif. de sancto Seuerino in
repetitione d. legis diem functo.
numer. 45. 46. Cataldinus de bon
compagn. tract. de syndicato n. 71.
facit tex. in l. desertorem P. si ad
diem D. de re milit. & Roman. in
sing. 453. vnde à fortiori debetur
salarium iudici suspenso sine sua
culpa pro toto tempore suspensio-
nis, prout fuit in definitiua decla-
ratum, vt dictum est supra.

Quod confirmatur pluribus ratio-
nibus sed præsertim sequentibus.

22 Prima ratio est, quia quādo
cum non fiat qui tenetur ad ali-
quid faciendum, perinde est ac si
per eum factū fuisset, est ratio tex.
in d. l. 1. P. diuus D. de varijs & ex-
traordina. cognit. l. qui operas l. si
quis domum P. imperator l. si in
lege P. domus l. dominus P. fina. l.
penult. P. nauem D. locati. l. si
vehenda D. ad legem Rodiam
de iactu, glo. magistra. in l. si vno
P. item cum quidam, in verbo
personis, vbi Bart. D. locati Ca-
pell. Thol. decif. 269. Idem Bart.
& Ioan. Baptif. num. 25. in d. l.
diem functo D. de offici. assess. vbi
dicunt, quod censetur dictum iu-
dicem deseruisse continuè, & con-
tinuatè, Romanus cōf. 434. in fine

Et cum

Et cum suspensus semper fuerit
presto, & paratus ad de seruendū
suo officio, & presens in ciuitate,
vt voluit Paris de Puteo vbi supra,
verbo, si officialis decedat nu. 2. &
per eum non stetit, quin cum alijs
mag. DD. laboraret, & causas deci-
deret, ideo totum ac quodcunq.
salarium ei debetur, ac si operatus
fuisset, & causas decidisset.

23 Secunda ratio est, quia quando
salarium debetur ex dispositione
legali est fauorabile, & totum de-
betur a principio, ac si fuisset in
obligatione, quam rationem assi-
gnant Bart. in d. P. diuus num. 11. se-
quuntur dictus Ioan. Baptif. in d. l.
diem functo num. 12. & Iacobus
de Nigris num. 4. vbi dicunt, quod
propter dictam legis dispositionē
fit larga interpretatio, idem tenet
Gail obseruan. 44. numer. 12. lib. 1.
quia dicta salaria sunt priuilegiata,
& reputantur, quasi castrensia pec-
culia l. fori vbi glo. C. de aduocat.
diuersi iudic.

24 Sed salarium iudicum debetur
ex dispositione legali, vt est tex. in
l. 1. P. sed & si comites D. de varijs
& extraor. cognit. iuncta glo. ibi
in verbo comites, id est, assessores,
quo verbo etiam vsus est Iurecon-
sultus in d. l. diem functo, vbi assel-
sores vocantur Comites Præsidis,
& etiam constituitur salarium DD.
legum a iure in l. medicos P. fina.
de professoribus & medicis lib. 12.
C. & salaria mag. DD. Regij Con-
cilij, tam certa, quam quæ depo-

nuntur de sententijs per const. Se-
renissimæ Reginæ Germanæ vxor-
is & Locumt. Generalis Catholicæ
Regis Ferdinandi II. in curia Mon-
tiffoni anni 1512. ca. 3. quæ est 4. tit-
dels salaris reben los officials reals
pag. 281. Ideo amplianda sunt dicta
salaria ex dispositione legis debita,
vt omnia soluantur pro toto tem-
pore suspensionis.

25 Tertia ratio, quia in magnificis
DD. Regij Concilij, etiam quoad
salaria, quæ deponuntur pro sen-
tentijs, non habet locum, quod
pecunia & labor non recipiant
diuisionem per l. Sæio amico in
princi. D. de annuis legatis, cum
concordantibus, quia id procedit
tantum, & habet locum in
laboribus mechanicis, & vilibus vt
dicunt Bart. in d. P. diuus nu-
mer. 6. & 7. Ioann. Baptif. in
d. l. diem functo ante numer. 32.
& ibi Niger numer. 30. versicul.
2. Bald. in l. vnica numer. 7. ver-
si, in alijs autem mechanicis C. de
suffragijs, secus autem in salarijs
iudicum, assessorum, & aduo-
catorum, quæ vocantur hono-
raria, quia honoris causa dan-
tur d. l. 1. P. in honorarijs D.
de varijs & extraord. cogni. l.
properandum P. honorarijs C. de
iudicijs, & in honoribus fit lar-
ga interpretatio l. si longius P.
fina. l. sed & si susceperit P. li-
bertus D. de iudicijs l. falsa P.
1. de condit. & demonstr. Bald.
in d. l. vnica, vbi loquitur de
sala-

salarijs aduocatorum, quæ non dantur de publico, sed à cliētulis, in quibus videtur, quod deberet militare dicta ratio, quod datur pro laboribus, & tamen non computantur iuxta labores, & recipiunt diuisionem & separationem labor & pecunia dictorum salariorū, vt in dictis iuribus & doctrinis habetur. Ideo multo fortius salaria, quæ deponuntur iudicibus recipiūt diuisionem & separantur a laborib⁹, quia non dicuntur propter laborē deponi, sed potius propter probitatem scientiæ, & industriam intellectus & ita tenent DD. in d. P. diuus & in d. l. diem functo, præsertim Alexand. n. 14. per tex. in l. martriculā C. de agentibus in rebus, et l. si quis in sacris C. de proximis factor. scrinior. lib. 12. & eleganter Gracian. decis. March. 101. n. 20. & decis. 201. nu. 9. Cephal. conf. 70. nu. 7. hinc Ias. de action. P. ista nu. 113. ait, quod salarium debetur Doctori sine reuolutione chartarum in conscientia, quia principaliter præmium scientiæ, non etiam labor, prout in mechanicis artibus, consideratur. Et iuxta Constitutiones Cathalonix salaria magnifici iudicum deponuntur, non habita ratione ad labores, sed ad quantitates, vt est videre in constitutionibus totius tituli de salaris de sententias, præsertim in 14. quæ est pag. 288. quæ hodie seruatur, & sic per eadem rationem vocantur vernaculo, patrioque sermone, *guanya*

bles, id est lucra, quia titū, lucratiuo & honorifico, non autem oneroso & laborioso acquiruntur.

27 Quarta ratio est, quia mandatū iudicis excusat. l. non videntur P. qui iussu D. de regulis iuris, Bart. in l. si vna P. item cum quidam q. 1. vers. si vero factum terris est iniustum D. locati, facit lex creditor D. de solut. per rationem adductam in d. P. qui iussu, quia habet parere necesse, & qui iussu iudicis facit, iuste facit, iuxta tex. in l. iuste possidet D. de acquiren. possess. & ad impossibile nemo tenetur, regula impossibiliū de regulis iuris in 6. & necessitas non habet legem l. vt gradatim P. 1. D. de muneribus & honoribus cap. quanto in fine de consuetudine, latè per Sebastianum Medicis tract. de fortuitis casibus q. 7. per totum, ideo cum fuerit necesse parere mandato iudicis, quoad suspensionem sine culpa, ideo debet habere salaria pro tempore suspensionis.

28 Quinta ratio, quia quando salarium debetur propter dignitatem, & honorē dicitur Principis beneficium & debet fieri latissima interpretatio l. fina. D. de const. principum, adeo quod debeat haberi ratio laborum præteritorum l. 1. C. de aduocatis diuersorum iudicū, vnde Iason in l. nequicquam P. vbi decretum D. de officio Proconsulis, & Sebastianus Sapia in repetitione d. l. diē functo. num. 15. inferunt contra glosam in cap. non li-

cet

ter n. q. 3. quæ dicit, quod doctori consulenti sine reuolutione librorum non debetur salarium, dicunt, quod imo debetur, vt dictum est, quia habetur ratio laborum præteritorum, & cum loquantur in salario consulenti, quod non datur a publico, sed a parte consilium petente, ideo multo magis dicendum est dicto doctori deberi salaria sententiarum habito respectu ad totosq. labores, quos sustinuit in seruitio domini Regis, de quibus tradita est luculenta informatio.

29 Sexta ratio, quia iudici debetur salarium, etiam si partes veniant ad concordiam, quia per eum nō stat, vt dicit speculator tit. de salarijs P. 1. Romanus conf. 85. euidenter ostenditur, Decius d. conf. 70. num. 2. & ita seruatur in Regio Conc. const. Cathalonix dispotente in c. 25. curiarum Potentissimi Regis Philippi Ltunc Principis in prima curia Montisso. an. 1547. quæ est. 7. tit. de salaris de sententias, ideo dicendum est dicta salaria non deponi ratione laboris, sed ratione honoris & dignitatis.

30 Et non solum salaria debentur, quando suspensio est reuocata & declarata nulla, sed etiam omnia emolumenta & stipēdia iuxta tex. in l. ex causa desertionis D. de re militari, optimus tex. ad propositum in cap. quia diuersitatem extra de concess. prebendæ, confirmat Bermon. Couer. tract. de publicis concubinarijs verbo à perceptione

fructuum nu. 13.

31 Insuper, vt securim ad radicem arboris ponamus, licet distributiones quotidianæ, quæ dantur ecclesiasticis ratione interessentiæ in diuinis officijs non datur absentibus, etiam ex iusta causa, vt studiorum, vel alia simili, propter quam habentur pro præsentibus, quoad alios fructus, vt resoluit Couarr. lib. 3. var. resol. cap. 13. & alij per eum allegati, tamen hoc procedit, quando dicta causa iusta est voluntaria, secus autem si est necessaria, vt puta infirmitatis, vel alia, de quibus supra dictum est in impedimentis. Nam etiam tunc tali impedito debentur distributiones quotidianæ, vt est tex. in cap. consuetudinem ibi *exceptis illis, quos infirmitas* de clericis non residentibus lib. 6. & ita limitat pluribus limitationibus ad nostrum propositum facientibus Couarr. vbi supra a num. 8. vsq. ad finem, quem tex. in d. cap. consuetudinem confirmat, & vti præcipit sacrosanctum Conf. Trid. sess. 24. de reformatione ca. 12. vers. distributiones secundo, & consilium prouinciale Barcinonense celebratum per Ferdinandum Archiepiscopum Tarracone c. 16. tit. de constitutionibus.

33 Item intelligendum est in illis distributionibus, quæ quotidie dantur in choro, si vero solent dari per menses, vel certis diebus anni, quæ vulgo dicuntur *parilles*, a DD. autē dicuntur fructus de mensa grossa,

P dictæ

dictæ distributiones dantur omnibus absentibus ex iusta causa, etiã studiorum, vel alia voluntaria, est tex. ad litteram in extrauag. cum non nullæ P. præterea de prebendis & dignitatibus in extrauagantibus communibus, confirmat Felin. in cap. super specula in 5. limit. extra de magistris & in cap. Iacobus num. 1. extra de simonia, Rebusus de priuilegijs scolasticorum priuileg. 31. num. 12. Petrus Andreas Gamba. tract. auctoritate Legati de latere tit. de pensionibus nu. 30. Boëtius decis. 17. num. 3. Horatius Lucius tract. de priuilegijs scolasticorum priuileg. 100. limit. 1. & cum salaria sententiã distribuãtur per tertias, ideo computanda sunt, vt fructus grossi, vt debeant dari iuste impeditis.

34 Quibus additur, quod clericus exul factus a ciuitate absque eius culpa, non solum non priuatur beneficio, vt tradit Abbas in c. 1. nu. 3. de arbitr. sed nec distributionibus quotidianis: consequitur enim ipsas, si antea consueuerat interesse diuinis, vt tradit additio ad Abb. in d. num. 3. in lit. E. optime Felin. in c. cum omnes num. 22. in fi. de consti. Paris. cons. 32. vol. 4. nu. 29. Couarr. lib. 3. var. c. 13. num. 8. ex vers. decimo, Nauarr. lib. 3. tit. de cler. non residen. cons. 9. num. 7. Gemin. in cap. vnico P. quin vero aliter num. 6. de cler. non resid. in 6. Cevallos in pract. q. 585. num. 16. Alex. Monst. 2. p. q. 5. n. 80. Bern. Sando-

bal. de offi. eccles. part. 6. ca. 17. circa medium, vbi eam communem appellat. Et quamuis Couarr. hanc opinionem limitet, vt tantum procedat, vbi consuetudo definiuit, quod absentibus ex iusta causa dantur distributiones; optime tamen Calderin. in cons. 17. tit. de præb. probat, quod generalis consuetudo, vel constitutio Ecclesię de subtrahendis redditibus præbendarũ absentibus, non extenditur ad hunc casum iustæ causæ, quia id esset irrationabile, & iniquum, sic ipsam non lucrari distributiones: iura enim quæ supra loquuntur in casu impossibili Canonico interessendi, vt tradit Calderin. supra.

35 Imo, quãuis ob propriã culpam esset exul factus, eas consequitur, dummodo culpa non sit ordinata ad istud, scilicet ad finem non residendi ex Paris. in d. n. 19. & faciunt tradita per Deci. in c. 1. in 2. lect. nu. 47. de iudic. & satis ista probantur ex generalitate verborum dicti Calderin. in d. cons. 17. tit. de præb. Quãdo enim culpa non est ordinata ad ipsum casum, non nocet l. non omne D. de stat. liber. l. 2. P. si nõ propter D. ad leg. Rod. de iact. quod etiã mihi elegãtissime probari videtur, ex notat. per tex. in cap. quia diuersitatem de conc. præb. quem ad hoc extollunt plures doctores, vt impeditus siue factus, siue culpa, siue iure ex culpa, quæ non fuit ordinata ad casum, seruari illæsus, & excusatur, etiam si eius origo prouenerit

merit ex culpa impediti. Nec enim absque culpa potuit ibi Episcopus suspendi, & tamen excusatur intra tempus suspensionis, ad quod quidem, dictũ tex. extollunt Ias. in P. rursus num. 26. inst. de actio. & ibi Gome. num. 15. Couarr. in clem. 1. 3. prin. init. num. 4. vers. ad hæc præterea, facit Couarr. in 4. 2. p. c. 3. P. 5. n. 7. Rebus. in prax. tit. de deuolutionibus num. 13. & plures, quos congerit Pinel. in auct. nisi triennale C. de bon. mat. nu. 46. vbi rationem assignat, quia culpa ibi non fuit ordinata ad casum impedimentali- 37 ter enim impedimentum ex culpa ad illud ordinata non excusaret.

36 Neque abs re erit difficultas illa a Doctõribus ventilata, an excommunicatus, vel suspensus a iure, vel ab homine sit priuatus fructibus beneficij, & distributionibus Ecclesiasticis: in qua aliqui sunt casus considerandi. Primo dicendum est, quod iuste excommunicatus non facit suos fructus huiusmodi, imo teneretur, si quos perceperit ad restitutionem: cum enim a communione Ecclesię sit priuatus, merito 38 ab eius commoditatibus erit priuandus, vt probat tex. & ibi Panor. in c. pastoralis P. verum num. 18. de appellat. Ripp. in c. 1. de iud. nu. 27. Giga. de pensio. q. 64. in princ. Maranta de ordi. iudic. 6. p. tit. de appellat. numer. 179. Couarr. libro 3. var. cap. 13. numer. 8. vers. sic. duodecimo, Iulius Clar. lib. 5. P. fina. q. 73. numer. 7. Peregrin. de iur. fisc.

libro 3. tit. 11. num. 7. Lancellot. de attent. 2. p. cap. 12. limit. 22. numer. 1. pag. 253. Flamin. Paris de resignat. libro 4. q. 3. num. 52. optime Ioann. Ocon. repet. cap. vn. de cler. non residen. in 6. ex numer. 72. Moner. in 2. par. q. 18. ex numer. 18. Rodrig. in sum. 1. par. cap. 33. numer. 4. eleganter Gutierrez libro 1. can. questio. cap. 1. ex numer. 90. vsque ad 103. Henriq. Henriquez lib. 13. cap. 13. num. 4. Didac. Perez lib. 8. tit. 5. l. 1. pag. 174. Subdens cum Couarr. supra, quos sequitur Gutierrez in d. cap. 2. numer. 96. hanc opinionem communiter esse receptam, & tantum locum habet, quod quãuis suspensio a beneficio propter crimen, ex redditibus beneficij alimenta sint ministranda, ne is cogatur mendicare grauatus inopia in opprobrium ordinis clericorum glo. & doctores in d. P. verum & glo. in verbo admiserant in c. cum Vitorien. de elect. addit. ad Rip. in c. 1. de iud. numer. 27. in lit. A. Surd. de aliment. tit. 1. quest. 19. num. 15. Abb. in c. Apostolica col. 3. & Felin. numer. 9. de exceptio. qui intelligit, hoc locum habere nisi clericus suspensus fuerit propter contumaciam, ex quo potest, si vult purgare Surd. d. quest. 19. numer. 16. excommunicato tamen nihil ex redditibus ecclesię datur, etiam si is egenus & pauper sit Iul. Clar. lib. 5. P. fina. q. 73. num. 7. Couarr. in d. vers. duodecimo: præsertim quando in eius potestate

est se retrahere ab excommunicatione, quæ medicinalis in inobediēte est ex glo. communiter recepta in d.P.verum.

40 Veram autem rationem differentiarum, quare alimenta sint præstanda clerico deposito, vel suspenso, & non excommunicato tradit post alios Gutierrez supra nu.99.

41 Sciendum tamen est in præsentibus, quod quamuis excommunicatus non percipiat fructus beneficij, tenetur tamē, & occulte horas canonicas dicere, & onera beneficij persolvere, scilicet pensionē, charitativum subsidium, & alia similia per ea, quæ tradunt Did. Perez & Couarr. supra, Gigas. de pensio. in d. quæst. 64. optime Gutierrez in d. c. 1. ex num. 124. Vgolin. in tracta. de censur. Ecclesiast. tit. de excommunicat. mai. tab. 2. c. 12. in versu. quare pensionarij, optime Couarr. in cap. Alma mater 1. par. P. 3. n. 8. Gomez in expli. bullæ ad 5. & 6. clausulam num. 47. Surd. tit. 1. quæst. 82. in final. verb. Humada in l. 18. tit. 9. p. 1. in glo. 2. num. 1. & 2. Anton. de Campos de cesat. a diuin. numer. 88.

42 Præterea, fructus beneficij excommunicato iniuste sunt restituendi, probata iniustitia, vt tradit Didac. Perez in d. pag. 174. versicul. secunda conclusio Rodrig. in d. c. 33. num. 6. Gutierrez in d. cap. 1. ex nu. 135. Surd. de aliment. tit. 1. q. 82. ex numer. 14. Barthol. Vgolin. de excomm. mai. tab. 2. c. 12. n. 4. pag. 412.

Hentriq. in d. lib. 13. c. 13. nu. 4. in fi. ver. si excommunicatio, Nauar. lib. 3. tit. de cler. non resid. conf. 9. nu. 6. Lancellot. in di& limitat. 22. n. 5. & 6. Couarr. lib. 3. var. c. 13. num. 8. ver. duodecimo, vbi de communi sententia testatur, atqui in casu nostro fuit probata iniustitia suspensionis in sententia absolutoria subsecuta, illam, ac si facta non fuisset, renocando.

43 Præterea his additur circa fructus, qui distributiones quotidianæ dicuntur, quod inique excommunicatus eas distributiones exigere potest, cum eo tempore, quo excommunicatio iniusta in eum lata fuit, præsens erat in loco beneficij sui, eratque solitus diuinis officijs ante impedimentum excommunicationis adesse, ex Felin. in c. Apostolicæ num. 12. versu. distributiones de except. Couarr. vbi supra in ver. cæterū, Did. Perez in d. lib. 8. tit. 5. l. 1. pag. 175. versu. aduertendum tamen est, Rodrig. in d. c. 33. num. 6. Surd. in tit. 1. q. 82. num. 15. versu. alias secus. Ocon. in d. c. vnico num. 74. Gutierrez in d. c. 1. num. 137. Petr. Nauar. lib. 2. de restitut. c. 2. num. 238. Henricus in d. nu. 4. in fi.

44 Quamuis contrarium teneat Dominic. in c. contumaces 50. d. Cuius opinio vera est, secundum aliquos ex proxime allegatis in eo, quia ante excommunicationem non consueuerat diuinis officijs adesse: is enim nequaquam habebit quo-

quotidianas distributiones eius temporis, quo inique fuerit excommunicatus, quia cum antea non accederet ad Ecclesiam, ne lucrabatur quicquam ex distributionibus, ita est præsumendum durante præmissio impedimento idem facturum c. ex studijs de præsump.

45 Et quamuis Petr. Nauar. de restit. lib. 2. cap. 2. ex numer. 240. afferat excommunicatum & infirmum consequi distributiones, etiam non solitum adesse diuinis officijs, ex eo, quod posset se habere in annū venire ad chorum eo die, quo egrotauit, vel fuit excommunicatus, in hisq. casibus propter infirmitatem vel excommunicationem superuenientem priuari iniuste distributionibus ecclesiasticis. Hanc tamen opinionem merito reprehendit Rodrig. in d. numer. 6. in fi. Contraria namque verior & sanior est, quam ego in yno tantum casu limitarem cum Gutierrez. d. c. 1. nu. 141. vt puta nisi consuetudo adsit, vt iniuste excommunicatus, vel alias legitime impeditus, etiam absens a dicto loco, vel oppido: ipsas lucraretur, ea namque seruanda erit, sicut in terminis absentes a loco beneficij ex iusta causa decidit Rip. quem sequitur Couarr. vbi supra.

46 His additur, quod iniuste suspensus, siue ab officio, siue a beneficio recuperat distributiones quotidianas, quidquid in contrarium declinauerit Gemin. in c. contuma-

ces 50. dist. Tenendum tamen est cum Felin. in d. c. Apostolicæ n. 12. de exceptio. Abb. c. cum bono n. 6. versu. eo autem absoluto de ætat. & qualitat. & quos refert Monet. 2. p. q. 15. nu. 42.

47 Facit præterea, nam Canonicus aut beneficiatus iniuste & absque causa legitima in carcerem inclusus & detentus, etiam semota quacunque consuetudine contraria, percipere debet distributiones quotidianas, ipsique illæ de iure debitæ sunt; cum is absque eius culpa in eodem loco existens, vbi habet beneficium, impediatur adesse diuinis, vt trad. Couarr. lib. 3. var. cap. 13. num. 8. versu. vndecimo. Ceballos in pract. q. 585. numer. 15. Ocon. supra num. 71. Lel. Zecus de repub. eccl. cap. 24. num. 6. versu. sexto debentur pag. 265. tom. 1. Zerula 1. p. P. distributiones versu. octauo debentur fol. 74. Monet. 2. p. q. 5. num. 80. & pulcre Nauar. lib. 3. titu. de cler. non resid. concl. 9. ex princ. subdens in num. 9. quod licet indicia sufficienter efficiant capturam iustam, quoad hoc, vt iudex capiens excusetur a delicto, & culpa male capiendi, non tamen efficiant vt sit iusta, quoad id, ob quod est captus vnde existimat expectandam esse sententiam, vt ex ipsa appareat an iniuste fuerit in vitulis detentus; si namque absolutus & innocens fuerit iudicatus debentur ei distributiones eo modo, quo supra dictum est, quam

etiam opinionem sequitur Mon et. in d. 2. p. q. 5. ex nu. 81. ita etiam, ad instar distributionum quotidiana- rum, salarium ratione sententiarū, & residentię in consilio Regio cōpetens, iniuste suspēso. Doctōri, cū per illum non steterit, quominus interim resideret, cum declaratum fuerit suspensionem iniustam fuisse, debetur.

78 Item est aduertendū, quod salaria in Regia Audientia non recipiunt diuisionem, imo simul, coniunctim, vnoq. & eodem contextu soluitur, tam quā soluit Generale Cathalonix de suis pecunijs, quā quā a partibus litigantibus deponuntur, nulla facta differentia personarum, temporis, seu laborum. Et cum de salario, quod soluitur de pecunijs generalitatis pro tempore suspensionis, nō sit dubium, fuitq. solutum, ideo ne vna & eadem res diuerso iure cōseatur l. eū qui ades in fin. ff. de vsucap. c. cum in tua extra d. decim c. cognouim⁹ 12. q. 2. cum alijs allegari solitis, & quodlibet totum ex suis partibus constituatur l. rerum mixtura D. de vsucap. quam explicat Andræ. Alciat. lib. 2. prætermis. eod. tit. quia eadem est ratio de toto, quo ad totum, quam de parte, quoad partē, & è contra l. quā de tota & ibi glo. & Bart. in princ. D. de rei vendic. latè per Nicol. Euerard. in Topic. legal. loco a toto ad part. per tot. & accessoriū, vt est pars, sequi debet naturam sui principalis, id est, to-

tias, l. si. vbi Bart. C. per quas pers. nobis acquir. Clement. 2. de præbend. vbi Ecclesia sequitur naturā hospitalis, cui annectitur, cum alijs vulgatis, & quod lege, consuetudine, vltima voluntate, vel alijs de facto est indiuiduum, & inseparabile, non debet recipere diuisionem, argum. tex. in c. si quis obiecerit l. q. 3. c. dilectus r. extra de præbend. l. si pupillorum D. de reb. eor. l. in iudicium D. commun. diuidun. Confirmat Eguinar. Baro tract. de indiuid. part. r. c. 3. num. 3. vnde sicut salarium, quod soluitur de pecunijs Generalitatis nō recipit dubitationem, ita & de illis salarijs, qui deponuntur a partibus litigantibus, non potest dubitari, quin debita sint pro tempore suspensionis.

49 Nec debet dici, quod detur regressus contra culpōsum per l. si merces P. culpe D. locati l. 1. P. quod tamen D. de exercitoria actione, nam cōtra dictum suspensum nulla reperitur instātia partis priuatę, sed tantum fiscus, qui est difficilis cōuentionis, vt dicunt DD. in l. Titio D. ad municipalem, glo. in l. bene a Zenone C. de quadriennali præscriptione l. sed si hac P. qui manumittitur D. de in ius vocādo, vbi fiscus non potest cōueniri, nisi imperata venia, & idem est, ius non habere, vel habere contra potentio- rem l. 3. D. de alienat. iudi. mutan. cau. facta, & non debent velle, q̄ pro hoc capite recurratur.

ad

ad remedium adductum per Ioan. Baptistam de sancto Seuerino in repet. d. l. diem functo numer. 39. 50 tum quia est subsidiarium & extra ordinarium, & vbi habetur remedium ordinarium, non est recurrendum ad extraordinariū & subsidiarium, quod de iure nostro specialiter est cautum in hac materia syndicus, vt in cap. [Poc valria] vulgo dicto [de la obserança] tit. de obseruar. constit. versic. si empero la dita pretensio, tum etiam quia durum est contra stimulum calcitrare Act. cap. 9.

51 Item, de iure nostro Cathalonix habemus constitutionem Catholici Regis Ferdin. 2. in curia Barcin. an. 1510. c. 43. incip. confirmant, tit. de residentia fol. 83. qua cautum est, doctores Regij Concilij debere residere in ciuitate & loco, in quo resideret Regia Audientia, ad exercendum suum officium, sub certa pœna, videlicet amissionis salarij, nisi constiterit fuisse iusto impedimento occupatos. Et ponderando dictum tex. ibi *sens iust impediment* dico esse conformem iuri communi, per quod iuste impeditus excusatur, vt dictum est supra hoc eodem capite, ex ratione tex. in d. P. diuus, quia per eum nō stat, & aliorum supra citatorum nu. 13. & seqq.

Item habemus aliam constitutionem eiusdem Catholici Regis in 2. curia Barcin. an. 1493. cap. 3. incipien. Per donar expeditio tit. de

Audient. y cōcell Reyal, in qua idē præcipitur dictis Doctōribus, nisi impediti sint infirmitate, vel alio iusto & legitimo impedimento. Ex quo tex. infero, infirmitatem computari inter legitima impedimenta, vt probatum est supra hoc cap. num. 13. Et generaliter, dicta infirmitati equiparata esse alia iusta & legitima impedimenta: & quando duo plura a lege æquiparantur, quicquid in vno est dispositū, in alio quoque dispositum censetur l. si quis seruo persuasit, ibi glo. & Bart. C. de furt. iuncta l. vt tantum D. de seru. corrupt. glo. in l. quod vero contra D. de legib. & in l. 2. C. de cur. furios. & in cap. si quis postquam P. si. de elect. in 6. Alex. in l. centurio 2. col. D. de vulga. Paul. Leon. de subtit. in compendiosa nu. 143. Doct. in l. per illum tex. D. de lega. 1. Arnal. Alberti. in tract. de assertio. Cathol. quest. 29. n. 10. idē cōfirmat Tiraq. de retract. consan. P. 15. glo. 1. nu. 11. Cornel. Benincas. tract. de paupertat. q. 5. n. 16. & 50. & q. 7. n. 37. vbi alij allegantur.

Idem Catholicus Princeps institutor & fundator Regiæ Audientix Cathalonix in alia constit. dicti anni 1493. ca. 2. quæ est r. tit. de residentia pag. 2. aliam exceptionē præcepti residentix assignat, videlicet, vt liceat per quadraginta dies voluntariè abesse, sine amissione salarij, & incurſu alicuius pœnæ. Ex qua consti. iuncta constit. 3. eod. tit. ibi *sens iust impediment* infero, quod

quod dictus Rex Ferdin. 2. voluit, tum demum doctores Regij Concilij salario priuari, quando voluntariè se absentarent ultra quadraginta dies, nō autē quando coacti & necessariò abessent. Nam exceptio firmat regulam in casibus nō exceptis P. vt autem lex in authen. de non alien. vel permut. col. 2. l. quæsitum P. deniq. & ibi Bart. D. de fund. instruct. l. nam quod liquide in fi. D. de penū legat. l. legata inutiliter in prinē. & ibi Bart. in fi. D. delegat. 1. cum similibus, cum igitur casus absentia voluntariae ultra 40. dies sit expressè punitus in d. constit. 1. ibi *e simes est aran absenti, nolsiã respõst del salari, & regula sit, quod salarium debetur, quando Regius Consiliarius iusto impedimento tenetur in d. constit. 3. ergo in reliquis impedimentis remanet firmata dicta regula, vt salariū consequatur. Cumq. supra, inter alia impedimenta a iure, & doctorib. considerata, sint mandatum superioris, suspensio, & excommunicatio iniustæ, & sic absentia violentæ & coactiua: ideo dicendum est pro tempore earum deberi salarium consiliario Regio taliter impedito.*

Tandem facit constitutio serenissimæ Regine Germanæ in curia Montisson. añ. 1512. c. 4. incipien. statum y ordenam quæ est const. 16. tit. de salaris pag. 288. vbi disponit, salaria diuidēda esse in qualibet tertia per Deputatos Cathaloniz æqualiter inter duodecim doctores Regie Audiētia, sine deductione, vel aliqua defalcatione, & sic nō habetur ratio si laborauerunt vel non, & vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus iuribus vulgaris. Et sic, quādo aliqui ex dictis doctoribus, præ senectute vel alijs non possunt causas expedire, nihilominus tamē recipiunt æqualiter cum alijs salaria in diuisione tertiarum, & constitutiones disponentes de salaris, non dicunt si laborat vel non laborat, sed eo ipso quod est doctor Regij Concilij recipit salaria omni casu nisi si ultra 40. dies absens fuerit, vt est videre in tot. tit. de salarijs, & cum tempore suspensionis non sit priuatus officio, habet ius in illa equali parte salarii per constitutiones sibi statuta, maxime reuocata suspensione cum sententia, tãquam iniustè facta cum omnibus inde sequutis.

CAP.

*CAP. IX. IN QVO ACCVRATE DISCV-
situr & concluditur, quod fisco vsuã, seu syndicus in Ca-
thaloniam non est licitum a sententijs absolutorijs appellare,
nec eius appellatio est admittēda, & in quibus casibus
possit de nullitate dicere, vel restitutionem
in integrum petere.*

S V M M A R I V M.

- | | |
|--|--|
| <p>1 FISCVS in Cathaloniam in cri-
minalibus non appellat nec in ci-
uilibus, nisi habeat instrumenta de
novo reperia. n. 1.</p> <p>2 Ratio vnicui quare fiscus in Cathaloniam
non appellat. n. 2.</p> <p>3 Intellectus constit. 7. tit. de appellations.
n. 3.</p> <p>4 Vbi est eadem ratio, idem ius statui de-
bet. n. 4.</p> <p>5 Superflua & frustratoria verba sunt
vitanda. n. 5.</p> <p>6 Mutanda minime sunt, quæ certam
interpretationem habuerunt. n. 6.</p> <p>7 Verbum, appellare est de inferiori ad
superiorem. n. 7.
In Regia Audiencia non appellatur,
sed de benignitate Regia supplicat
in eadem. eod. n. 7.</p> <p>8 Verba intelliguntur in suo potiori signi-
ficatu. n. 8.
Fiscus ab interlocutoria non appellat
in hac parte. eod. n. 8.</p> <p>9 Causa an sit finalis, an vero impulsua,
quomodo cognoscendum sit. n. 9.</p> <p>10 Causa impulsua cessante, non cessat
dispositum. n. 10.</p> | <p>11 Causa cognoscuntur ab effectibus. n. 11.</p> <p>12 Causa dicitur cum assignantur ambę fina-
les, licet vna cesset, nō ideo cessat dis-
positio. n. 12.</p> <p>13 Intellectus cap. curie. 5. anni 1599. in
placito sua Maiestatis. n. 13.</p> <p>14 Fisco non intelliguntur concessa singu-
lariter aliqua, nisi expressè dicatur.
n. 14.</p> <p>In dubio iudicandum contra fiscum di-
cit Conar. eod. n. 14.</p> <p>15 Fiscus sub bono Principe habet malam
causam, vulgo dicitur. n. 15.</p> <p>16 Appellare licitum est in Cathaloniam a
sententijs criminalibus, & prouisi-
onibus tormentorum. n. 16.
Quod non comprehendit fiscum. eod. n.</p> <p>17 Fiscus in Cathaloniam potest adhaerere
appellationi per partem interpositæ,
& petere penam auctoris. n. 17.
Idem est in Regno Neapolis iuxta Vin-
centi. de Franck. eod. n.</p> <p>Quod nō habet locū, si pars, quæ quere-
lam opposuit, appellasset. eod. n.</p> <p>18 Concessio generalis non irabatur ad ex-
traordinaria, & quæ speciali nota
digna sunt. n. 18.</p> |
|--|--|

Q FISCUS

19 *Fiscus, licet non possit appellare, potest dicere de nullitate. nu. 19. & potest petere restitutionem in integrum a sententia contra se lata, & in quibus casib. eod. n.*

20 *Sententia lata contra fiscum, aduocato fiscali absente, est ipso iure nulla. n. 20.*

21 *Fiscus restituatur aduersus sententiam contra se latam, pretextu instrumentorum nouiter reperorum. n. 21.*

Quod secus est in Cathalonia in causis criminalibus. eod. n.

22 *Sententia lata per prauaricationem, seu pecuniam, est nulla. n. 22.*

Quod verum est sequuta declaratione iudicis competentis. eo. n.

23 *Sententia lata per amissionem, seu prauaricationem gratiosam valet quidem, sed per restitutionem in integrum retractatur. n. 23.*

Facta non presumuntur nisi probentur. nu. eod.

24 *Sententia lata ex falsis testibus, vel instrumentis est nulla. nu. 24.*

Falsitas non presumitur. eod. n.

25 *Argumentum a sufficienti partium enumeratione validum. n. 25.*

26 *Principis Concilium indicat secundum conscientiam, veritate sola inspecta, reiectis apicibus iuris, & vi. Dem. nu. 26.*

27 *Princeps, si non indicat secundum veritatem & conscientiam, peccat. n. 27.*

28 *Concilium Supremum dicitur, quod nullum habet supra se. nu. 28.*

29 *Concilij Regij superioritas consistit, ut subditi non grauentur litibus, laboribus & expensis. nu. 29.*

30 *Nomina debent rebus committi. n. 30.*



VOD fiscus visitæ, seu syndicatus officialium regionum non possit appellare a sententijs absolutorijs,

& quod procuratoris fiscali appellatio, si de facto fuit a dictis sententijs, interposita non sit euocanda, neq. admittenda, demonstratur vnica generalissima conclusione, quæ in criminalibus nullam admittit exceptionem, seu limitationem in Cathalonia.

Conclusio vnica Generalissima.

1 Fiscus in Cathalonia in criminalibus nullo casu appellat, & in civilibus, nisi pretextu instrumentorum de nouo reperorum.

Hęc conclusio probatur const. serenissimi Regis Martini in curia Barcin. an. 1409. cap. cur. 8. quæ est const. 7. sub tit. de appellations, quæ incipit *per tolre vexations*, pag. 408.

2 Ratio decidendi vnica, genuina, et finalis d. const. est, quæ assignatur in eadem const. statim in prin. dum dicit. *Per tolre vexations. q. de algun temps en sa per part de vostre fisco son estades fetes a molis*, quæ explicatur clarius per Mier. in ead. const. n. 4. col. 8. vbi ita dicit Not. quod fiscales consueuerunt vexate subiectos dñi Regis tam in criminalibus, quàm in civilibus, p. extorquere dispecunijs, & ideo contra ipsos prouidetur hic, ne eis liceat appellare vide l. 1. C. d. lucris aduoc. lib. 12.

3 Secundum quam rationem declarat

elarat Mier. hunc tex. in verbo *de officials vestres*, vt habeat locum eius dispositio, in quibuscunq. curijs, & officialibus Regijs Principatus Cathalonie, q. eorū fiscus non appellet; quod cōfirmat seqq. rationibus.

4 Prima ratio est, quia vtrubiq. in omnibus curijs militat eadē ratio vexationis auferendæ, & vbi est eadem ratio, idē ius statui debet. Illud D. ad l. Aquil. cū simil. Bart. in l. quemadmodum C. de agricol. et censi. lib. 10. Ripa in l. filius familias P. diui nu. 101. & 102. & ibi Crotus n. 115. D. de leg. 1. Rot. Gen. d. ci. 4. n. 5.

5 Secūda ratio est, quia dicta verba *de officials vestres*, essent superflua, & frustra posita, & superfluitas est vitanda, vt in procc. decretal. l. 1. P. nulla l. 2. P. contrarium C. de vet. iur. enucle. glo. in l. si stipulatus in prin. D. de viur. l. 1. D. de peric. & com. rei ven. l. 1. D. quod met. causa DD. in prin. inst. de act. not. in c. solita extra de maio. & obediē. Et de iure diuino Eccles. c. 7. *Noli verbosus esse in multitudine, & non iteres verbum in oratione tua*. Quod in omni dispositione locum habere, vt nullum verbum debeat esse superfluum, & frustra, tradunt Hypol. de Marfil. in rub. de fideicom. nu. 224. Iacob. Menoch. de præsump. lib. 4. præsumptione 40. n. 15. & Iosep. Mascari. de proba. cōclu. 1177. nu. 17. cum seqq. vbi alios allegat.

Tertia ratio est quia ita videm⁹ inconcusse obseruari in omnibus curijs præsentis Principatus, in qui-

bus fiscus non appellat, vt idem restatur Mier. in d. const. nu. 30. & 43. vbi attestatur de curia Regia Gerundæ, cum ibi fuisset iudex, & sic dicit minime esse mutanda, quæ certam habuerunt interpretationem l. minime D. de legib.

7 Quarta ratio est ponderando verbum, *non puxa appellat*, nam verbum *appellare* est de inferiori ad superiorem iudicem prouocare. In curia nostri dñi Regis, seu Regia Aud. non appellatur, sed de benignitate admittitur supplic. vt dixi supra cap. 6. & ita verbū *appellare*, intelligitur loqui de alijs curijs Regijs, vltra Regiam Aud. Adde ponderandum quod postea dicit cōst. *no puxa supplicar*, loquēdo de fisco R. Aud. vnde colligit ex differētia verborū, etiam differētia in dispositionibus, quod loquitur de omnibus curijs, & quod omnes cōprehendit argumēto not. in l. re coniuicti D. de leg. 3. & l. iuribus D. de iust. & iure; propter copulationem diuersorum in eadē oratione per cōpulam, e. *de officials vestres*, quæ ponitur inter diuersa.

Quinta ratio pot. esse, quia d. cōst. semper admisit latā declarationem cōtra fiscū, nā cū verbū *sententia* intelligatur de diffinitiuā ante sententiā 2. q. 6. c. super eo, vbi Ab. & DD. extra de appella. & verba intelligantur in suo proprio significato l. Cornelius P. Statius D. de iure fil. c. Tamen idem seruat in interlocutoria, aqua fiscus non appellat

vt dicit Tho. Mier. in d. const. nu. 36. & 37. & ita reperio fuisse decisum in Regia Audient. referente mag. Iorda 17. Maij 1516. per doctrinam Bal. in l. 5. vbi Salyc. C. si de momēt. poss. Angel. in l. si. P. iustus D. de appellat. ijdem Bal. & Salyc. in l. fin. C. de temp. appellat. Ideo in hoc non debet restringi, vt non intelligatur locū habere in omnibus & quibuscunq. curijs officialium regionum, cum sit fauorabilis, ad tollendum scilicet vexationes, & fauores conuenit ampliari reg. odia de reg. iur. in 6.

Non obstat quod in d. const. sint dicta illa verba, *com lo aduocat fiscal to temps sia en lo consell abone la sentencia se acorda è y dona son vot*, quia dicta verba nō ponūtur pro causa finali, & decisua, sed pro causa impulsua tantum. Ratio est, quia ad cognoscendum, an aliqua causa sit finalis, vel impulsua inspiciendum est, an dispositum sit latius ipsa ratione, vel strictius, seu equalius. Nā si amplius est ratione, tunc illa ratio est impulsua, si vero ratio est latior, vel equalior, tūc est ratio & causa finalis, ita nos docent Barr. fere in terminis videndus in extraneis ad reprimēdam super verbo absentia las. in autem. quas actiones n. 18. C. de sacrosan. Eccles. Nichol. Euerar. in topic. legal. loco a cessatione ratione in fine.

Modo certum est dispositionem d. const. Per tolle vexacions, esse latiore d. ratione voti aduocati

fiscalis, nam cum comprehendat omnes curias regias ibi *è officials vobres*, in quibus fiscus non habet votum, ideo clare patet strictam esse causam ad Regium concilium, & sic fuisse causam impulsuam.

Sed causa impulsua cessante in aliquibus casibus, non ideo cessat in illis legis dispositio prout est tex. & ibi DD. in l. 1. P. sexum D. de postul. l. 2. P. fin. D. d. dona. Canonizat in c. post translationem extra de renuntia. glo. in c. cupientes in prin. in verbo *periculosus* de elect. in 6. Euerar. vbi supra prope finem, confirmat pluribus iuribus & doctrinis Mar. Mōter olim Regens in concilio supremo coronę Aragonum meritiſſimus in decisio. Regni Arago. decisione 10. n. 12. Ideo in curijs aliorum officialium Regionum debet militare dispositio de non appellando, licet fisci aduocatus non habeat votum.

Item ab effectibus cognoscūtur causę, quę, & quales sint l. cum de in rem verso & ibi Bart. D. de vsur. Bald. & alij in l. si certis annis C. de pact. cum siml. adductis per Hier. Albanum tit. de potestate Papę p. 2. n. 238. iux. illud poētę.

Exiunt acta probat.

Sed effectus d. const. & eius obseruantia obtinuit, vt nullus fiscus appellet, licet in illa curia aduocatus eius votum non habeat, ideo aperte constat dictam causam fuisse impulsuam, & de isto argumento præsertim ex effectu causam dicendi

cedendi latē Euerar. in d. topi. lega. 14 loco 9. ab effectu ad fin.

Quinimo & a fortiori dato & non concesso, imo expresse negato, quod dicta causa voti aduocati fiscalis esset finalis, & decisua, quod negatur, tamen adhuc fiscus officialium regionum non poterit appellare, nam quando in lege, vel const. assignantur duę causę finales, licet vna cesset in aliquibus casibus, altera vero permaneat, ex permanente sustinetur in dictis casibus dispositio, tex. est cum glo. in P. affirmatis & in P. socrum in st. de nupt. l. si non lex Aelia Sentia & ibi Bald. & Ioan. de Imo. D. de hered. in st. tex. cum glo. in l. si vestris P. 1. D. de priuil. credit. Barr. in d. glo. absentia in extrauag. ad reprimen. & Euerar. in d. loco a cessatione rationis in fine, & cum militet in omnibus curijs & in fisco visitę, seu syndicus ratio tollendę vexationis, ideo in omnibus debet dispositio const. militare, vt fiscus non appellet, licet alia de votando, nō haberet locum.

Neq; obstat quod in const. seu c. curię 3. an. 1599. qua visita fuit statuta cum forma, quę hodie obseruatur, placuerit suę Mag. quod a sententijs visitatorum possit appellari, nam id semper debet intelligi in terminis habilibus, iuribus vulgaris, & sic est concessum eis, qui in Catalonia appellare possunt, non autem fisco, qui non potest appellare.

Item fisco non intelliguntur concessa aliqua contra ius commune & sic contra constitutiones, quę sunt ius commune Cathalonie, nisi expresse sit dictum litem veniant P. in priuatorum vbi glo. D. de petitio. hered. quam glo. sequuntur Decius conf. 53. n. 3. & Gaspar Caballi. tit. de euictio. P. 3. n. 106. tex. etiam in l. quod placuit D. de iure fisci, facit q. dicit Modest. in l. non puto D. eod. tit. quod non delinquit, qui in causis dubijs contra fiscum pronuntiat, per quem tex. dicebat Did. Couar. lib. 1. var. resol. c. 16. in prin. quod in dubio est iudicandum contra fiscum in fauorem priuatorum, quod tēpotibus boni Principis accidere dicebat Plini. ad Trayanum Imp. sub bono principe, fiscum habere malā causam, vt confirmat Ioh. Siman. tit. de Catholic. in st. tit. de bonis hæreticorum nu. 53. & 54. vbi adducit multa exemplaria iurisconsultorū, qui in dubio iudicauerunt contra fiscum Clau. Cantian. tit. de off. iudic. c. 7. nu. 31. & Mathe. Mathefil. sing. 71. nota unam regulam. Et cum viuamus sub optimo Principe, & Domino nostro Rege Catholico, & clarissimo, qui exemplo Regis Martini sui antecessoris, & in supremo gradu cupit tollere vexationes a suis subditis, præsertim a iudicibus, & officialibus per eum electis, credendum est suam Maiestatem non permissum fisco visitę appellare, vel appellationes nulliter

ter de facto, & non de iure interpositas euocare, seu admittere, sed præcepturum dictam const. & eius obseruantiam ad vnguem seruari.

16 Confirmatur, quia in alia constitutione seu cap. curiæ 15. earundem curiarum Regis & Domini nostri an. 1599. permissum est supplicare à sententijs criminalibus, & prouisionibus tormentorum factis in Regia Audientia, & alijs curijs inferiorum, & hoc etiã verbis generalibus, non exprimendo, nec excipiendo fiscum, prout sequitur, *que en totes les causes criminals, ques declararan en la Audientia Reygal de Barcelona, de les sentencies y prouisions de tortura, se puga supplicar en forma.* Et tamen per istam cõstitutionem nunquam fuit præsumptum posse fiscum supplicare, vel in dicta dispositione esse cõprehensum. Nam cum in dicta Regia Audientia dubitaretur, an interposita supplicatione à parte condemnata, possit fiscus adherere & petere, quod pœna augeatur, iuxta lampliorem C. de appellat. habito proconstati, quod per dictam const. sereniss. Regis Marti. fiscus in Cathalonia nõ appellat: vix potuit, iunctis tribus aulis Regij Concilij concludi, quod fiscus posset adherere dictæ supplicationi per partem interpositæ. Fuit autem ita conclusum, nõ tamen nemine discrepante, sed aliquibus dominis in contrariam sententiam euntibus, vt latè refert

& rationibus in vtramq. partem adductis tractat, & conclusionem Regiam adducit nob. Ludo. à Peguera in practi. ciuil. tit. de appella. a. n. 36. vsque ad num. 55. De quo articulo meminit Vincentius de Franch. decis. 467. nu. 6. in nouissi. vbi dicit quod in Regno Neapolitano Fiscus non appellat, sed per quandam Regiam Pragmaticam dat. 10. Iulij 1580. statim atq. inquisitus appellat intelligitur facta ad hæc per fiscum appellationi, ita vt sententia possit contra inquisitum in peius reformari. Quod dicit non procedere quando adesset pars, quæ exposuit quærellam & non appellasset. Ex quibus probatum remanet, quod generalis concessio appellandi, seu supplicandi, non comprehendit fiscum in partibus, in quibus fiscus non appellat.

18 Et generaliter, in concessione generali non veniunt extraordinaria, & ea, quæ speciali nota digna sunt, c. frater noster 16. quæst. 1. c. si Episcopus de pœnit. in 6. c. qui ad agendum de procur. eod. lib. confirmat Petr. Andræ. Gambar. tract. de offic. atque aucto. legat. de later. in exordio n. 32.

Constito quod in Cathalonia fiscus non appellat, videndum est, quomodo procedat, quod dicit Thom. Mier. in dicta const. Per tolre vexations numer. 30. quod fiscus nõ prohibetur allegare nullitates sententiæ, & sic dicere de nulli-

nullitate intra 10. dies, intra quos alijs licitum est appellare, per const. Regis Iacob. 2. in curia Illerde ann. 1301. c. 13. quæ connumeratur 1. in tit. de appellat. pagin. 407. & etiã, quod voluit idem Mieres vbi supra nu. 40. & alius Thomas scilicet Grammat. decis. 14. in causa magnifici, vbi dicit, quod fiscus aduersus sententiam contra se latam in criminalibus, in Regno Neapolis potest petere restitutionem in integrum, licet ibi, vt dictum est, non appellet per doctrinam Bald. in l. quid ergo P. pœna grauior in prima lect. col. vi. vbi Angel. in P. quamuis colum. etiam vlt. D. de his qui not. infam. vbi dicunt ita consulisse Barr. & Paris de Puteo de syndic. in verb. condemnatio. M. Anto. Peregrin. in tract. de iur. fisci lib. 7. tit. 4. n. 1. per tex. in l. 1. C. de sent. aduer. fisc. lat. lib. 10.

Quibus respondeo, quod licet verum esset fiscum posse, de nullitate dicere & restitutionem in integrum petere, tamen necesse est, quod militer aliqua ex causis, ex quibus sententia contra fiscum lata sit nulla, vel restitutionem mereatur, sunt autem hæc, quæ sequuntur.

20 Prima est, quod sententia contra fiscum lata, in causa, in qua aduocatus fisci non interuenit, sed fuit absens est ipso iure nulla l. 3. P. diuus vbi gløf. & DD. l. si fiscus D. de iur. fisci. l. fin. C. de aduoc.

fisc. l. 2. C. si aduer. fisc. Mieres in dict. const. per tolre nu. 39. Iacob. Calic. in Margarita fisci in primo dubio vers. tertio, quod aduocatus fisci. Peregrin. vbi supra d. lib. 7. tit. 2. num. 2. & tit. fin. num. 2. In hac autem visita, seu syndicatu semper fuit præsens aduocat⁹ fisci, in omnibus actis, vsque ad sententiam definitiuam inclusue & postea. Et sic ex hac causa non potest dici nulla, vel ob eam restitui fiscum.

21 Secunda causa est, quando aduersus sententiam contra fiscum, etiam legitime defensum, lata petit fiscus restitutionem prætextu instrumentorum de nouo repperitorum: nam tunc locum habet vt restitatur l. 1. C. de sentent. aduersus fisc. lat. lib. 10. vbi intra triennium restituebatur, postea vero intra quadriennium, per tex. in l. fin. C. de tempo. in integ. restit. sed in Cathalonia per const. Regis Martini supradictam, id est sublatam in criminalibus. Nam cum in civilibus sit hic casus exceptuatus in dicta const. censetur in criminalibus prohibitus argumento c. nonne ex. de præsumptionib. l. cum prætor. D. de iudicijs.

22 Tertia causa, quare sententia aduersus fiscum lata dicitur nulla ea est, quando sententia esset lata per præuarcationem, ob pecuniã datam Iudici, aduocato, seu procuratori partis, quæ succubuit, seu

fisci.glo.& Bart.in d.l.1. C. de sent. aduers.fisc.lar. per tex.in c. venales C. quando prouoc. non est neces. & l.1.& 2. C. de pœn. iud. casus est in l.2.P. fin.D. de condit. caus. dat. vel etiam accusatori, seu delatori l. eius, qui delatorem D. de iur. fisc. dico, quod dictæ doctrine ita demū locum habent, quādo sequuta est pronuntiatio & declaratio iudicis competentis super dicta præuaricatione & corruptione, & non antea, vt colligitur ex Bart. in l. 1. in princ. versic. contra prædicta D. de iur. fisc. & d.l. eius qui delatorem. Peregrin. vbi supra tit. fi. nu. 5. Paul. de Castro in d.l.1. n. 5. C. de pœn. iud. qui mal. iud.

23 Quarta assignatur causa, quando sententia est lata per ambitionē, seu præuaricationē gratiosam, quo casu licet valeat mero iure, tamen ope restitutionis in integrum reuocatur d.l.1. C. de sent. aduers. fisc. lat. quam ita intelligit glos. ibi in verb. causas. Et certum est quod hoc in casu etiam requiritur probatio. Nam cum pro iudice præsumatur, vt supradictum est in c. 1. in 2. præiudicio & facta nō præsumantur, nisi probentur l. in bello P. factæ D. de cap. & postlim. re. ideo in nostro casu dictam causam non militare constat, faciunt not. pro Bart. in l. seruo inuito P. cū prætor. D. ad Trebel. & in l. si prætor P. Marcellus D. de iudic.

24 Quinta constituitur causa, quare sententia contra fiscū lata est nulla,

vel saltem beneficio restitutionis in integrū rescindenda venit, quādo est lata ex falsis testibus, vel instrumentis l. si prætor. P. Marcellus D. de iudic. l. diuus, vbi late Alex. D. de re iudic. l. qui agnitis, vbi Socin. D. de except. c. cum venerabilis, vbi Ab. & dd. extra eod. sed in hoc etiam requiritur probatio, & cum contra testes non præsumatur, quia quilibet præsumitur bonus c. fi. extra de præsump. & idem in instrumentis, falsitas enim non præsumitur, nisi vrgentissimis probationibus probetur, vt late per Menoch. de præsump. lib. 5. præsump. 20. & per Mascari. de probat. concl. 745. per totas. Ideo non habet locum hæc causa.

Ex quib⁹ cū nulla militet causa ex supradictis in nostro casu, ideo certum est, nō posse admitti fiscū ad allegandum nullitatem dictæ sententiæ, neq. ad petendum restit. in integrum, argumento à sufficiency partiū enumeratione, quod validum est in iure per tex. in l. ex maleficijs P. hæres & l. obligationum fere P. placet D. de actio. & oblig. c. dilectus, & ibi Panor. extra de iur. patronat. late per Nic. Euerard. in topic. legal. loco si per tot.

26 His additur, quod in concilio Principis iudicatur secundum cōscientiam Bart. in l. 1. C. vt quæ def. aduoc. iud. sup. & sola veritate inspecta, idē Bart. in l. Emilijus Largianus in fi. D. de minor. & tanquā Deus iudicaturus esset, ita iudicat, vt di-

vt dicit Bal. in l. si in prin. C. de iur. deliber. Nam Regium concilium representat ipsum Regem, vt dicūt Afflict. de est. 110. in fi. Crauet. cōf. 680. n. 12. Rolan. à Vall. cōf. 70. nu. 19. vol. 1. per glos. in l. non ambigitur vbi Bart. D. de legib. Inf. & Ripp. in l. quomianus in 2. & 3. not. D. de sum. & per eundem Crauet. cōf. 144. in fi. cōf. 168. in fi. & cōf. 198. col. fi. Deci. cōf. 200. in fi. Guid. Pap. c. 29. Thefaur. de c. 2. num. 1. Et sicut Deus in cœlis, ita dicitur Rex esse in terris P. quia igitur in authent. de instrum. caut. & fid. colat. 6. P. illud in authent. cōstit. quæ de dignit. ead. col. P. propterea in authent. de quæstore ead. collat. tradit nob. Ludo. à Peguera in pract. crimj. in princ. c. 2. num. 5. quod confirmat Rol. à Vall. vbi supra num. 23. vbi dicit, quod si Princeps non iudicaret secundū veritatem & cōscientiā, iuxta Theologos, peccaret, quia debet potius attendere veritatem, quam supertilitates & apices iuris, vt dicebat Io. Petr. Sur. decif. 91. num. 4. & decif. 105. nu. 11. vbi alios allegat. Rationem assignat Rolan. à Vall. vbi supra num. 23. nam iura multo maiora cōcedunt supremis magistratibus, quam inferioribus. Et sic cōcilium Domini Regis dicitur supremum concilium, etiam quod in Cathalonia residet, quia est concilium Principis Cathalonix, & Comitiss Barcinone non recognoscentis superiorē vt dictū est supra c. 16. n. 12.

Quod si hæc procedant & obseruatur in nostro Regno Senatu Cathalonix, propter eius superioritatem: quanto magis se uari sperantur in supremo Regno Senatu Coronæ Aragonum, in curia Domini nostri Regis residentem, in quodominus Rex personaliter præsidet, quod non solum principem representat, sed ibi est præsens? Et sic merito vocatur supremum, maiori ratione, cum nullum habeat supra se maiorem in terris. Cumq. nostrum Cathalonix Concilium, tanquā supremū, licet tali nomine nō nuncupetur, sicuti supremū Aragonum, vtatur plurimis prerogatiuis ipsam superioritatem preferentibus, & signanter; quod ab eius sententijs non appellatur, seu supplicatur ad superiorē aliquem, nec possunt extrahi causæ à Cathalonia, vt alibi tractentur seu decendantur, ex constit. Regis Petri. 2. in curia Barcinone an. 1383. c. 11. & alijs dixi supra c. 6. n. 11. fi. Item sententiæ in d. Regno Concilio Cathalonix late, & eius decisiones habēdæ sunt pro legibus & exemplaribus in similibus causis decidēdis, prout in sententijs Imperatoris habetur in l. fi. C. de legibus, & sic fuit prouisum per constit. Cathalo. Imp. Caroli in 4. curia Montif. an. 1541. c. 3. in noua compil. tit. de decisions de la Reyale Audiencia, quod fieret liber decisionum, & imprimetur. Nam quod Principi placuit legis habet vigorem. l. 1. D. de

constit. Princ. & ubi ceciderit lignum ibi manebit, ut firmum & ratum maneat: Itē Regius Senatus noster iudicat ex processu nullo, nam reperto nullo, declarata nullitate, incontinenti declarat super meritis & iustitia, quod fundatur ex doctrina Iacob. Butrig. in l. si. C. de æd. Diu. Adria. tol. quam declarant ibi Salyc. numer. 20. Deci. numer. 35. 49. & seq. & Alex. in l. si finita num. 5. cum seqq. D. de dam. infect. & ex collegis meis Micha. Ferrer obserua. dictæ Reg. Aud. part. 3. c. 432. & Nobil. Ludouic. à Paguer. in pract. rub. 28. numer. fi. Rationem assignant, quia dolo facit qui petit, quod restitutum est l. dolo D. de doli excep. & non decet Regium Supremum Senatam pati, quem dolo versari in causis, quæ in eo ducuntur, cum secundam conscientiam, & ut Deus iudicare debeat, ut dictum est. Item consuevit Regia Audientia huius Principatus retinere causam euocatam prætextu alicuius qualicatis, licet dicta qualitas non subsistat, dummodo alia locum habeat, ut expensis & damnis parcatur, & reiectis ambagibus & circuitibus, ut tradit dictus Michael Ferrer prima parte de euocatio. causarum c. 25. Quod si in isto nostro Regno Senatu hæc procedunt, quid fiet in alio supremo in quo Dominus Rex personaliter præsidet & assistit: Quod si supremum est, prærogatiua supremi vsurum esse (maxi-

me ubi resident personæ tam graues, ex tota corona Aragonum, tãquã ex omnibus alijs selectæ, ut in legali Philosophia Principes ac corriphei censeantur, & omni artium & sciētiarum peritia polleant) credendum est, ut videlicet inspecta naturali iustitia, quæ ex supra deductis clare patet, & quod appellatio interposita per fiscum, non solum est nulla, sed etiam friuola, & friuolis appellationibus non est defferendum, ut vulgo circumfertur, ideo dignabitur pro sui clemētia & benignitate, reiectis ambagibus & apicibus iuris, & ut circuitus euitentur, litibus, expensis & laboribus parcatur, præsentiam appellationem non admittere, eiusue causam euocare, potius quam post euocationem, quæ non speratur, reijcere, iuxta illud.

Turpius eijcitur, quam non admittitur hospes.

29 Et hæc erit vera superioritatis prærogatiua, non pati partes damnis, laboribus & expensis grauari, & attenta veritate, & naturali iustitia, calumniantibus non præbere auditum. Nam superioritas habet superintendentiam, & superintendens, prout de Episcopo dicitur in cap. clericos P. Epif. dist. 21. constituitur super specula, ad defensionē subiectorum, ut nomina rebus conueniant P. est & aliud 30 instit. de donatio. & ex Platone dicebat quidam.

Conuo-

Conueniunt rebus nomina sepe suis.

Et è contra, si hæc prærogatiua et effectu superioritatis supremæ non vteretur, sed arctaret se ad ambas & apices iuris, quod non creditur, non conueniret ei nomen supremi Concilij, quia ut passim dicitur.

Si re priueris, nec nomen habere mereris.

Dicebat glos. in cap. Corepisco-

pi dist. 68. quam glo. commendat Præpositus ibi, & Euerard. in Topic. legal. loco ab ætymologia vocabuli, et Gomes. multa allegans in Regul. Cancellar. Reg. de anal. possess. quæst. 47. col. 3. Et ita Regium Supremum Concilium coronæ Aragonum, pro sui benignitate, non admittet causam præsentis appellationis, constituto de iustitia naturali, etiã in casu quo de iure nostro posset admitti, quod ex supradictis & alijs

negatur.

* * *



R 2

CAP.

CAP. X. AN MELIVS FVISSET TA-
cuiffe. & responsum hoc publicam in arenam non euulgasse,
parienter ferendo calumniam, ac iniuriam sibi in syndicato
impositam, ac illatam, Christi imitando vestigia, ad ipsumq;
omnia reflexendo, captiuando intellectu, & operationes
meas ad illius obsequium, cum eius nutu
& permissione fiant?

S V M M A R I V M.

- 1 **O**MNIS Christi actio nostra debet esse instructio. n. 1.
- 2 Lex diuina vsque ad animam, & sanguinem, & extremum vite spiritum est seruanda. nu. 2.
- 3 Patientia requiritur ei, qui euo sempiterno frui desiderat. n. 3.
- 4 Magistri vestigia sunt sequenda. n. 4.
- 5 In auctorem huius operis auditur fabula. nu. 5.
- 6 Salus ex inimicis nostris prefluit, & ratio quare. nu. 6.
- 7 Patientia est radix, & custos omnium virtutum. n. 7.
- 8 Ad salutem nostram opus est, vel optimis amicis, vel acerbis inimicis uti. nu. 8.
- 9 Exercens se in usu virtutum ledi non potest, nisi a se ipse. n. 9.
- 10 Virtutes sunt vere diuitia Christiana. nu. 10.
- 11 Obsequium amicos, veritas odium parit. nu. 11.
- 12 Veritas parit scelerem filium odium. nu. 12.
- 13 Veritas est amplectenda. n. 13.
- 14 Veritas ab inimicitia persequitur. nu. 14.
- 15 Impossibile est operationes omnes humana placere hominibus omnibus. nu. 15.
- 16 Deus ipse ab aliquibus odio habetur. nu. 16.
- 17 Exemplum patientie Davidis cum Absalone. nu. 17.
- 18 Ex decem leprosis mundatis a Christo, vnus solus redijt & gratias egit. nu. 18.
- 19 Iudicia Dei abissus multa. n. 19.
- 20 Impij viuunt, & sunt subleuati ad tempus, sed periji memoria eorum cum sonitu. d. nu. 20.
- 21 Hoc tempore multi amuli inueniuntur, & pauci amici veri ac fideles. n. 20.

- 21 Difficile est grauescente etate mutare naturam. nu. 21.
- 22 Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum: & malus e conuerso. nu. 22.
- 23 Pares cum paribus facillime congregantur. nu. 23.
- 24 Nihil sub sole nouum, & nihil est, quod non fuerit. nu. 24.
- 25 Numerantur multi, qui ab alijs persecuti fuerunt. eod. nu. 24.
- 26 Omnia animalia, & praesen hominum suam speciem amant. nu. 25.
- 27 Homo a nullis animis emungitur a ueritate: caetero debet, quam ab ipso eodemque hominis, & inimici eius domesticici eius. nu. 26.
- 28 Plura exempla traduntur eorum, quos hostilia animalia ferocitate hominum defendebant, & trahebantur. numer. eod. nu. 26.
- 29 Melius est exemplo Christi tacere in iniurijs illatis. nu. 27.
- 30 Iniurijs verbales, que describuntur in S. S. Euangelijs a Iudaeis in Christum prolatae. eod. nu. 27.
- 31 Deus maerit hominibus labores, quos ille ferre possunt. nu. 28.
- 32 Crux, & tribulationes hominibus pie diuinitibus tribuuntur a Deo, in illorum utilitatem, iuxta illud, dicitur in isto quoniam bene. d. nu. 29.
- 33 Coniuncta Deo imposita passiuè est ferenda. d. nu. 30.
- 34 Adamus symbolum magnanimitatis uiri. nu. 31.
- 35 Dei uoluntati non est resistendum. nu. 31.
- 36 Summa iniuriarum uindicta est obliuio. nu. 33.
- 37 Hoc tempora non est hospes ab hospite, nec amicus ab amico tuus. n. 34.
- 38 Dei ordinatione seu permissione omnia fiunt. nu. 35. & 41.
- 39 Quibus Deus bene uult, bibita uenena noscere non possunt. nu. 36.
- 40 Deus scit que nobis conueniant. numer. 37.
- 41 A Dei nutu dependent omnia. nu. 38.
- 42 Operationes nostra in Deo collocanda. nu. 39. & 42.
- 43 Equo animo utraque fortuna est sustinenda. nu. 40.
- 44 Melius est, regulariter, tacere quam loqui. nu. 43.

CAP. X.



VERVM, antipophora figura utens, tacitæ obiectiõni satisfacete uolens, antequã suscepto operi me accingam, diceret aliquis, quare tam publicam defensionem subire uolui? cum omnis Christi actio nostra debeat esse instructio, ut tradit Vas ille electio- nis Paulus 1. ad Corinthios 4. & ad Romanos cap. 1. prima canonica Petr. c. 2. canon. exemplum 12. q. 1. ca. significasti ubi hæc not. Dec. de elect. c. cum Marthæ P. ad exemplum de celebrat. missarum cano- no quando 44. distinc. canon. Episcopum 45. distinctione c. significa-

isti de electione D. Th. 2. 2. q. 147. ar. 5. Sed Christus Dñus, cuius legem
 2 vsq. ad animā, & sanguinem, & ex-
 tremū vitę spiritū, dū hac lucis vsu-
 ra fruimur, seruare debem⁹, can. sūt
 quidā 25. q. 1. p̄cepit Paul. ad Heb.
 c. 10. *Mihi vindictā, & ego retribuam.*
 & Matth. 5. & Lucā 6. *Ego autē disco*
vobis, diligite inimicos vestros, & bene-
facite his, qui oderunt vos. & Lucā 23.
Pater dimitte illis, quia nesciūt quid fa-
ciūt. & Lucā 21. *In paciētia vestra pos-*
sidebitis animas vestras. & Mar. 5. *Bea-*
 3 *ti, qui persequentiē patiūtur propter iu-*
sticiā. & Lucā 24. & Acto. 3. *Operiuit*
Christū pati, & ita mirari in gloriā suā
 & Rom. 8. *Non sunt cōdigna tribula-*
iones huius seculi, ad futurā gloriā,
quā speramus, & Tobia 12. *Quia ac-*
cepimus eras Deo, necesse fuit, ut tentatio
probaret. te. Quare, quia,
 4 *Regis ad exēplū totius cōponitur orbis.*
 Et, nō est discipul⁹ super magistrū,
 cū ipse Dominus Esai. 53. tanquam
 Agnus corā tōdēte se obmutuit, er-
 ga illa, quę falso fuerūt illi opposi-
 5 ta, quid. mihi? cū ego eius indignus
 miles, & a secula debeā me regula-
 re, captiuādo intellectu, et voluntatē
 meā ad obsequiū, & voluntatē ca-
 pitis, magistri, Domini, creatoris, ac
 Dei mei, ad ipsum omnia referen-
 do, licet affirmare possim illud q̄
 habetur Esai. 63. *torcular calcam so-*
lus & Psal. 128. *supra dorsum meū fa-*
bricauerūt peccatores. Sed illi ex cor-
 de dicere debent verba illa aurea
 Psalmographi Psal. 38. *obmutui, & non*
 8 *aperui os meū, quia in fecisti,* maxime

cū ex illo Zacharię Cātico Luca 1.
 6 afferat diuina bonitas, Deū, nobis
 dare salutē ex inimicis nostris, et de
 manu omniū, qui oderūt nos. Inimi-
 ci enim, qui, nos maledictis, aut
 male factis infestantur, exitāt in ani-
 mo nostro afflictionē, afflictio ope-
 ratur paciētiā, paciētia probationē,
 probatio spem, spes autem non cō-
 fundit, teste Apostolo ad Rom. c. 5.
 cuius aurea verba repetiuit Chry-
 sost. Hom. 4. de patientia Iob. Qui
 enim ad sua peccata expianda, vel
 ad virtutem magis probandam, &
 perficiendam æquo animo pati-
 tur, quidquid molestiæ ab inimicis
 sibi inferatur, facile totius Christia-
 nę Philosophiæ summam assequi-
 tur, Chrystost. Hom. 33. in primam
 Epistolam Pauli ad Corinthios circa
 illa verba *charitas paciēs est.* Id quod
 prius illa compendiosa promissio-
 ne cōprehenderat saluator noster
 7 *in paciētia vestra possidebitis animas*
vestras, Lucā 21. vbi inquit glosa,
Paciētia est radix, & custos omnium
virtutum. Quamuis enim inimici
 vera crimina aliquādo obijcerent,
 multū tñ & magnū fructū æternę
 salutis afferre possunt, si spiritualia
 illa comoda enitāmur, quę recē-
 8 sūt Chryso. in Hom. de Dauide, &
 Saule, quę aded certa sunt, vt non
 solū illi qui Christianā disciplinam
 profitētur, verū etiā Etnici scripto-
 res, diuino lumine destituti affirma-
 uerint, ad salutē nostrā opus esse,
 vel optimis amicis vel acerbis ini-
 micis, teste Diog. apud Plutar. in li.
 da

de vtilitate capiēda ab inimicis. In
 quē libellū, ille grauissim⁹ Philoso-
 ph⁹, permultas, & magnas cōiecit
 vtilitates, quas moralis homo, stu-
 diosus morū suorū bene cōponen-
 1 2 do, ab inimicis pōt cumulate per-
 cipere. Diuinū tñ cōciliū, quāta po-
 tes animi demissione venerari, q̄,
 hac p̄cipua rōne, velit animā tuā
 peccatorū sorde inquinatā, ablue-
 re, & suę gratiæ splēdore illustrare.
 9 Nemo enim vnquā te lædere pote-
 rit, in vsu virtutū exercēdo, nisi tu
 ipse te læseris, Chryl. in serm. q̄ ne-
 mo læditur, nisi a seipso, sed omne
 tuū studiū, cū diuina gratia cōiūctū
 eo cōferas, vt in hac p̄clarissima
 virtute paciētię assiduē proficias, &
 ad Christi imitationē, quantū fieri
 10 poterit te ipsū conformes. Hęc
 sunt enim diuitiæ verē Christianę,
 nempe virtutes, quas, Deo adiunā-
 te, ab inimicis acquirimus. Quod 14
 mihi fencisse videtur Spiritus san-
 ctus apud Iob cap. 37. illa verborū
 formula, *Ab aquilone aurum veniet;*
 ventus namq. afflictionum dicitur
 ab Aquilone perflare, scilicet ab
 hominib⁹ iniquis, et imp̄bis, quo-
 rū voluntas est semper mala, pote-
 1 5 stas verò iusta, quia a Deo permissa,
 vt per illos boni exercentur Augul.
 teste in Psal. 54. ad 1. vers. Ex eo quoq.
 nō modicū aliquādo solatiū perci-
 pere poterūt, si illā causam forte re-
 cognouerint, peruulgato Adagio
 1 1 celebratā, ex Terētio *obsequiū amicos*
veritas odii parit; hoc est, si ob studiū
 colēde veritatis, multorū volūtates

offenderint, res p̄fectō summa ad-
 miratione dignissima, & omniū læ-
 culorū experiētia cōtestata, q̄ pul-
 cherrima mater veritas, aded eccle-
 1 2 stū pariat filiū, odiū, v̄p̄ se met Sal-
 uator noster, in seipsū fuit expert⁹,
Omnes inquit August. in lib. 10. con-
 fels. c. 23. *amāt vitā beatam,* quę nihil
 aliud est, q̄ gaudiū de veritate, & tñ
 ipsā veritatē odio prosequuntur, q̄
 ideo cōtingit, subdit ipse, quia sic a-
 matur veritas, vt quodcūq. aliud a-
 māt, hoc q̄ amāt, velint esse verita-
 tē, amāt eā lucētē, oderāt eā redar-
 1 3 guētē. Tu vero diuino spiritu erudi-
 tus apud Eccles. c. 37. veritatē colas,
 nihil enim in hac vita tibi poterit
 ad salutem æternā fructuosius acci-
 dere, q̄ si amore primę veritatis, hoc
 est, Xpi D. N. multorū inimicitias
 subiueris. Ad q̄ Apostolico incitatis
 exēplo, ad Gala. c. 4. *Ego* inquit Pau-
 1 4 *lus, inimicus vobis factus sum.* Verū di-
 cens vobis, cū impossibile sit vt oēs
 humanę operationes, omnib⁹ ho-
 minibus placeāt, atq. p̄bētur. Tāta
 est enim sentētiarū diuersitas, qua-
 ta & vultū, inquit, D. Hier. in pro-
 logo, ad Esaiā in quā sentētiā scripsit
 in hūc modū Orig. ho. 2 super Psal.
 1 5 37. *Impossibile est in hac vita positiū odio*
nō haberi. Xps Iesus, odio habit⁹ est.
 Et quid dico in hac vita positum
 impossibile esse odio non habe-
 ri? Deus ipse, qui hanc vitam mi-
 serā non viuūt, odio habetur ab ali-
 quib⁹. Alioquin Propheta nō dice-
 ret, Psal. 138. *Nōne odiētes te domine ode-*
rati, & super inimicos tuos tabescebam?

Cum

RESPONSVM

- 16 Cum ergo Deus odio habeatur, & Christus Iesus vsque in hodiernā, diem Iudæis anathema sit, tu vis odio non haberi & ab omnibus diligere & benedicere? Inuitandumque potius nobis est Dauidicum exemplum perillustre, quem cum Absalom eius filius, magna armatorū coacta manu persequeretur, quidā ex eis nomine Semei, inter alios audacior, & insolentior, Dauidi insultare cœpit, magnis eum contumelijs afficiens, & maledictis tāti Regis Maiestati offendens. Quæ omnia cum māfuerissimus Dauid, diuina propè patientia toleraret, Abisai, vnus illorum, qui mutata fortuna, studium suum erga Regē non immutauerant, (de quibus posset illud dici, *Rara avis in terris, nigroque similima cigno.*)
- 17 Maxime hoc calamitoso tempore, in quo omnes quę sua sunt querunt, Paulo teste, & ex decē leprosis mūdatis à Christo vnus solus est inuentus, qui rediret, illique gratiam præstaret iniquissimè ferebat perulantem Semei temeritatem, & cū, maxima estuans ira, in illum vellēt imperum facere, obstitit optimus Rex his verbis, sui militis viam moderatus 2. Regum cap. 16. Dimitte eum vt maledicat, Dominus enim præcepit Semei vt malediceret Dauid; & quis est qui audeat dicere, quare sic fecit? Quamobrem cum iudicia Dei abissus multa Psalm. 35. Diuus Basiliius homil. 8. in Psalm. 33.
- Diuus Augustinus lib. 20. de Ciuitate Dei. cap. 1. non est querendum quod Iob ca. 21. Interrogabat, subleuati sunt confortatiq̄ diuinijs? semen eorum permanet. coram eis, propinquo: um turba, & nepotum in cōspectu eorum, domus eorum secure sunt & pacate, & non est virga Dei super illos, & Ieremię ca. 17. quare via impiorum prosperratur, & bene est omnibus qui preuaricantur, & inique agunt? sed potius doctrina Salomonis imbuti in Prouerbij, & meminit diuus Doroteus sermon. 13. fili mi accedens ad seruitutē Dei, prepara animam tuam ad tērationem, & quos amo corrigo & castigo, inquit diuus Io. in Apocalypsi, & Paulus ad Hebręos 12. & S. Crisostom. con. 3. de Lazaro, quamobrem melius est verbis Augustini vt, & Originis homil. 2. in Psalm. 37. hic vre, hic seca, vt in æternū parcas, & doctrina Apostoli ad Philippen. capit. 1. in nullo terrenā aduersarijs, quia illis est causa perditionis, nobis autem salutis. Et hoc adeo maxime existentibus nobis arate grauascēte, & accircūferentia ad centrum veniendo, vt merito possim affirmare quod discipuli ad Christum, mane nobiscum domine, quoniam aduersa sperasit & inclinata est iā dies, & Atropos mihi posset affirmare illud Horatij, sat iulisti, sat bibisti tēpus est iam abeundi, vnde melius mihi foret, licet vafri aliqui & Sino nes, sponfi Penelopes, nebulones,